



HISTORIA

FVXENSIVM COMITVM, BERTRANDI HELIE APPAMIENSIS IVRISCONSVLTI, IN QVATVOR LIBROS DISTINCTA.

Eiusdem.

De Regni Nauarræ origine, & regibus qui in ea ad hæc usq; tempora regnarunt, circa finem.

Subinde rogo te lector, ut loco Francisci Carolum legas, quotiēs de fratre Henrici regis Nauarræ mentio inciderit.

Tolosæ Excudebat Nicolaus Vieillardus 1540.

CVM PRIVILEGIO

Sol iustitiæ Christus deus noster.

·1540·

RAYMVNDI ARNALDI
à Malopodio Castrotinensis, ad Librum Carmen.

I liber, & dextro maturus sydere prodi:
Autoris portans nomen ad astra tui.
Non secus ac celsum portauit in æthera currus
Heliam: campos dum petit elysios.
Seu Boream uisas pluuium, seu mauis ad austrum
Pergere: seu gangem cornigerū ue tagum,
Tutus eris semper. nam te quocunq; sequentur,
Formosæ charites: pieridūq; chorus.
Qui regit excelsam puppim: qui Rhetia Petri
Te releget: blanda suscipietq; manu.
Te relegent iuuenes: pueri innuptæq; puellæ.
Te relegent Reges: magnanimiq; Duces.
Haud igitur timeas piperis coopercula nigri.
Postquàm te Pallas, musæ, & Apollo probant.
Nostri uiue memor longæui tempora cerui,
Dignus in æternum uiuere, & esse liber.

IACOBI PERERII
Carmen ad Librum.

Parue liber, uulgi limam subiture seueram
Vade: nec insultus, nec maledicta time.
Quid timeas autem, quibus est modere uoluptas?
Et tamen ex illis nil nisi turpe fluit.
Carpere non labor est: labor est præstare: peritus
Hoc facit: ast illud, qui rationis eget.

ILLVSTRISSIMIS POTENTISSIMISq;

Henrico Margaritæq;, Regi & Reginæ Nauarræ, Fuxiq; Comitibus &c.

Bertrandus Helias Appamiensis obsequentißimus subditus perpetuam optat fœlicitatem, & salutẽ precatur.



CVM NVPER ILLVSTRISsimi principes, res Romanorum præclarißime gestas, ingentiaq; eorum facta ociosus legerem, cepi mecum ipse cogitare cur non etiam memoranda Fuxensis domus facinora, haud quidẽ illis ĩferiora, æternis mãdarentur monumentis. At inter cogitãdum cum etiã bibliothecam excuterem, in manus nostras forte incidit quidam puluerulentus peneq; tineis erosus libellus: quem ut occepi legere, primo ipsius limine fuxensium Comitum gesta contineri animaduerti. Quare mirum in modũ oblectatus, ulterius progredior: & totum, ut erat rudi uernaculaq; lingua scriptus, auide lego. Tumq; maledictis pergo incessere excellentißima illa ingenia: ac uariarum rerum scriptores qui nõ potius hæc, quàm alia multa inutilia ac non satis relatu digna, scripserint. Itaque ne illa ipsa tandiu sua laude frustrarentur: neue longior fieret mora, cum nullus alius scriptor appareret, meas ipsius uires expẽdi: pertentans num ipse huic muneri sufficerem, Verum cum me imparem cernerem, aliquantum

ſubſtiti, quaſi opus ingentis (ut erat) molis detrectaturus. Cæterum cum me multi ſermonibus (ut fit) adiuuarent: ac ſubinde rogarēt ut eam prouinciam nō grauate aſſumerē De illorum hortatu memet impello: ac ſumo animum, fereq́; reluctantem cogo mineruam, opus aggredi. Pretium etiam me operæ facturum exiſtimans: ſi fuxenſium heroum rudem antea atq́; informem hiſtoriam in cultiorem politioremq́; modum redigerem. Itaq́; me tandem accinxi operi: atq́; euigilatis aliquot noctibus hanc bonam malāue (aliorum ſit iudicium) ſcripſi hiſtoriam. Quā quidem multi (ut iam uidere uideor) uitiligatores carpere non ceſſabunt: miriſq́; lancinare modis: ut etiam quæq́; noua his ſunt obnoxia malis. Ac ſubinde obijcient, cur ego à muſis alienus rem tantæ molis aggrediar? Quibus ego facile reſpōdebo, me id quidem haud ea cauſa feciſſe ut alijs uiam quoquomodo obſtruerem, quin potius ut melius ſcribendi anſam preberem: doctorūq́; uirorum excitarem ingenia. Natura ſiquidem comparatum eſt, ut quæ nos ipſi non poſſumus, alios ad capeſſendum incitemus: quaſiq́; monſtremus uiam qua eundum ſit. Proinde exiſtent, qui obmurmurabunt, atq́; iniquo ferent animo, quòd Fuxenſem domum eouſque laudibus efferamus: ut pene diuinam illi tribuamus originem, Herculemq́; eius autorē dicamus. At (quæſo) quid Pauli æmilij familia? Quidue fabiorū gēs hac domo præclarius habuit, ut hi etiam ad Herculem: aut ad Fabium, eius uindunæq́; filium, illi uero ad iouem ipſum ſummum genus referre meruerint? Cælebrāt carminibus antiqui tuiſtonem deum terra æditum, & mānum eius filium originem Germanorum genti dediſſe. Quidam etiā uetuſtatis licentia aiunt, plures dijs ortos eſſe, pluresq́; ex his gē tium factas appellationes. Rumpantur igitur illi inuidia, ac pergant quantū uelint maledicere, modo mihi metipſi conſcius ſim, nihil hic ueri non appoſuiſſe: fidelemq́; ſcripſiſſe hiſtoriā. Neq́;

MARTINVS PERERIVS LECTORI S.

INTER tot, tantásque laudes, quibus uel rerum gestarum amplitudo, uel reipublicæ administrãdæ præstãtia exornatur, nulla mehercule poæstãtior, nulla excellẽtior aut fingi, aut excogitari potest, q̃ quæ perpetuis, immortalibúsque literarum monumentis continetur. Pereunt enim clarissimorum uirorum in foro collocatæ statuæ, & situ, squaloréq; obducũtur, marcescũt lauri: nihil denique est opere, aut manu factum, quod non cõminuat, & consumat uetustas: at literarum historiæq; dignitas perpetuam, immortalem, sempiternãque seculorum firmitatem retinebit. Quod quidem cùm pleriquæ fortissimi, strenuissimique principes præsentirent, nullum subterfugiendum laborem, nullam non arripiendam difficultatem, nullum non subeundum periculum esse duxerant, ut honori, famæq; seruirent, nominisque immortalitatem tandem aliquando assequerẽtur: Insidet enim in animis nostris quædam laudis, gloriæq; cupiditas, quæ nos dies, ac noctes stimulat, ut in omnem laudandarum rerum cogitationem, ambitumq; incumbamus: Cum enim perexiguas nobis uitæ regiones natura præscripserit, danda in hoc nobis diligẽter est opera, ut hanc uitæ breuitatẽ nois saltẽ & famæ ãplitudine cõpensemus: quod quidem fieri nullo modo posset, si non eximia præstantissimorum uirorum facinora aliquo saltẽ historiæ lumine illustrarentur: Iacerent enim plerique qui nũc in circũfluente laude uersantur, si ad illorum res gestas nullus literarum, historiæq; splẽdor accessisset. Hac laude incensi Romani tantam, tanque latè imperantẽ rempublicam fœliciter administarũt, hacq; laude inflammati imperium oceano, famamq; astris terminarunt. Nemo

deniq; est, cui nō libētius multò in oēm uirtutū excellētiā, præstātiāq; incūbat, si modò ad oēm posteritatē emanaturę se esse aliquādo psenserit. AEquissimū enim est, ut qui p repub. imēsos labores exhauserint, qui p subditorū incolumitate multa, & domi & foris ppetrarint, aliqua tandē luce historiæ posteritati inclarescāt. Quod quidē psapiēter cōsyderauit, optime lector, qui tibi Fuxi Comitatus Annales illustri, & specioso eloquētiæ lumine clarissimos, legēdos tradidit: Noluit enim ille tot, tāq; insignes uiros rerūq; gestarū glia clarissimos ī tā insigni laborū suorū frustratione āplius uersari: sed fecit, & egregiè sanè, ut in oīm ora, sermonesq; uenirēt, et debita laude, gloriaq; fruerent. Qua quidē in re nō solū īmortali, & diuina ppemodū laude defūctos Fuxi Comites cumulat: sed maximā quoq; spē præsentibus, futurisq; addit, futurū tandē aliquē, qui res illorū præclarè gestas, nō parua industria cōplectatur. Habet enim suos semp precones solida illa, & excellēs in oī genere uirtus, nec pōt illaudata īter hoīes remanere. Tā egregios igit conatus, lector optime, & pbare, & oī animi ppēsiōe iuuare debes: In tāta enim scribētiū multitudine, q ī dies singlos nō sine magna natura, īgeniorūq; fœcūditate adauget, hic unus mehercule dignus est, qui tū ob rerū āplitudinē, tū ob stili elegātiā maxīa apud oēs ingenij, doctrinæq; laude efflorescat. Opus igitur istud & rerū grauitate, & eloquētiæ lumine clarissimū ita accipies, ut memineris grauissimū esse nō solū iniquè authorē reprehendere: sed etiā illū debita laude spoliare. Vale Tolosæ. 5. id. Augu. 1540.

Eiusdem Carmen ad lectorem in laudem operis.

Et miraris opus latio sermone politum
Qui prius, ut nosti, Gallica lingua fuit?
Desine mirari: Res est tam læta, grauisque,
Debeat ut linguis scribier illa tribus.

IOANNES à PERERIO
BERTRANDO HELIE S.

NOn poterã non dolere uir undecũq; doctißime tuã literaturã quæ ita maxĩa est, ut qui te norũt cẽs iure affirmẽt te oĩm disciplinarũ sciẽtia præditũ, hactenus quasi abditã, ac ueluti in tenebris delitescẽtẽ fuisse: quæ & si uerbo apud literatos inclaruerit, tamẽ multo plus mouent facta q̃ uerba. Iccirco opere iam ĩ lucẽ emisso supra hoĩs captũ animi mei uires recreãtur, cũ uideã nomẽ tuũ ex opere ingenij tui crescere: teq; in eã curam incũbere, quæ tibi summã laudẽ & gloriã afferre ualeat. Cumq; tuũ illud opus nõ minus utilibus q̃ honestis ac necessarijs decoratũ fuerit, nihil certe additũ est quod ex animi mei sententia, non fuisset iunctum. Sed quid est quod tibi maiori fructui gloriæq; esse poßit? aut quid ex oĩb9 rebus præclarius, aut prestãtius tibi accidere potuit q̃ de comitibus Fuxi dominis tuis bene mereri, et eoꝝ gesta scribere? tu uero, q̃ tua fuit prudentia nõ solũ de ijs bene meritus es, sed etiã de qbuscũq; alijs q eoꝝ exẽplo ad altißimũ uirtutis gradũ puenire poterũt. Ius illud diuinũ subditos nos eẽ præpositis mãdauit: ueꝝ subditos ingeniosißime tãtũ excedis, ut nõ sis dignus uocari ĩfimo illo noĩe, sed uere tãtorũ comitũ pater, qui emiseris eos in uniuersum orbem nũq̃ morituros. Hæc aũt fraternali potius beneuolẽtia ĩpulsus scribẽda ad te putaui, q̃ quod arbitrarer te cõmendatitijs literis meis egere. Scio enĩ te satis cõmẽdatũ tuis grauißimis uerbis, & sentẽtijs nec me fugit oẽm famã tui ingenij tua præsentia ac admiratiõe supari, nã etiã facies ingeniũ arguit fœlicissimũ. Prege igitur (ut facis) tuũ nomẽ ĩmortalitati cõmẽdare cuius hoc nostrũ collegiũ Fuxẽse, cuius etiam collega es, particeps: erit dabisq; operam, ut tuæ reliquiæ lucubrationes, in umbratili studio iamdiu conceptæ, breui prodeãt. Vale Tolosæ. 5. id. Augusti. 1540. .1540.

ERRATA HVIVS OPERIS.

Calstribonēses lege castribonē ses:fo.2.uicecomitū lege uicecomitatū.fo eo.eius famulitio loco eius lege suo.fo.8.eius mortem dele eius ea.pag. ostuagesimus lege octogesimus.fo.eo.adherāt. lege aderāt fo.9.eius fratrē lege suū.fo.10.ad eū lege ad se.ea.p. ægere.lege ægre.fo.16.eosq; lege eūq;.fo.19. iniussu lege iniussu suo.fo.20.ei uita lege sibi uita.fo.22.ad ipĳs lege ab.fo.22. captiuisq; lege quos captiuis.fo.24. sciscilie lege siciliæ. fo.25. scicilia lege siciliā.fo.eo.cōiunx unica lege coniunx quæ. unica. fo.29.eius saltē.lege ipsius saltē.fo.eo.iniussu eius lege iniussu. suo.eo.quū fuxēsis.l.quūeū fuxēsis et deme ī eū quod sequiit.fo 31 in principio.fo.33.quod incipit ad se lege quos ad se icioq; inter. uos lege icoq;.fo.34 quid enim pro qui enim.fo 37 aduenissent lege uenissent.fo.41.mōtisquius lege mōtisquiuo.fo.42.celebratibusq; lege celebritatibusq;.fo.47.Albertus lege Albretus.fo. 49.ꝙ eū tali lege ꝙ se tali fo.eo.suus naturalis lege eius naturalis fo.eo.ueno arci lege uero arci.fo.50.paliū lege palū.fo.51. blāchæ lege blancæ.fo.57.excussitt, ū fllāma lege excussit, tū flāma.fo.eo. Ccellarĳ lege cancellarĳ fo.59. debite lege debile. fo.61. quaterdecies lege quatuordecies fo.64.& alĳs ubi inueneris.at totū lege et totū.fo.68. blanchæ lege blācæ.fo.70. ubi tandē eos lege quos tādē.fo.71.spēdidū lege splēdidū.fo.80.pu scepit lege suscepit.fo.71.discislinis lege disciplinis.fo.eo. nūq; lege nūꝗ fo.93.hercules legē dū alphōsus.fo.87. quod su lrge.ꝗ usui.fo.89.sexqui millesimū lege sesquimillesimū.fo. 82. sequebatur lege sequebātur.fo.94. infornia lege infortunia. fo.101. enequs lege enecus.fo.103.sarracenos lege saracenos. fo.eodem

INDEX EORUM,
Quæ hoc opere cõtinẽtur, & marginibus adscripta sunt.

A

B

C

H

I

FINIS

BERTRANDI HÆLIÆ, PAMIENSIS, historiæ Fuxensium comitum. Liber Primus.



Vxenses, quos cæsar flustates appellat, ab hercule prodijsse memorantur, qui peragrata libya, Antheo superato, Geryoneq; in Iberia occiso, per pyrænea iuga in galliam cælticam peruenit. Cuius rei originem, quantum ex uarijs fideq; dignis authoribus compertũ habeo paulo altius repetendam existimaui, ne antiquissima rerum series quasi nube obliuionis inuoluta, profundisq; immersa tenebris tandiu delitesceret, quin perscrutatis penitus latebris inuẽta in lucem tandem uel inuita traheretur. siquidem multa memoratu digna dẽsa uetustatis caligine obtecta iacent, que si extremo, ut par est, labore perquirerentur: haud sanè tot res totq; rerum progressus ignorarentur. Scio tamen plerosq; fidei parum antiquitati habituros, nobisq; plurimum detracturos, quod huic genti summam atq; hactenus incognitam originem dederimus. quos equidẽ ualde oratos uelim, ne tam scripta nostra pensent: quàm authores ex quibus illa ipsa eruimus. Quod si nec id quidem, saltem animo cogitent, Num clarissima, planeq; candida Fuxensium domus tanto sit digna preconio, ut herculem sui authorem generis mereatur habere. Cum Romulidæ ad martem, Galli uero ad ditem, alijq; ad alios, quos antiquitas ob ingentia preclaraquè facinora in deorum numerum retulit, suum genus impudẽter referant. Vt igitur prima initia ipsamq; originem teneamus: sciendum est herculem, eum qui corinthius fuit, Exantlatis aliquot laboribus quos euristei iussu obie Fuxensiũ origo.

rat: Alijs deĩde multo maioris negocij se accinxisse. Itaq; ut geryonis boues raperet, atq; ad euristheũ regẽ subinde adduceret, ingẽtem cretæ insulæ coægit exercitum. moxq; ex ea in libyam soluẽs: Antheum primo maurisiorum fortissimũ athletã, corporis ui ac palestra insignẽ, Vlnarum cõplexu in aera sublatũ, ne parens tellus ei uires adderet, singulari certamine uicit. Tingenamq; eius coniugẽ cõpressit: ex quo cõgressu scyphax genitus est, Diodori pater eius qui cum maxima parte copiarũ ab Hercule relicta bonam libye partem in ditionem redegit. Dein antheo superato, Hercules nõnullas libye oras, quæ antea ob ferarũ multitudinem, impiorũq; hominum crudelitatem immites incultæq; fuerant, adeò pacatas reddidit: ut perexiguo tẽporis spacio noxijs de medio sublatis, maximo bono fruerentur. Mox in ægytũ transiens: busyridi hospitũ cæde madẽti bellum infert. Quem etiam maxima ui, maximisq; conatibus oppressum, breui tempore deuicit. Tum deĩde peragrata libya, feris, monstrisq; superatis, ipse ad oceanum uenit: ubi duas ab utraq; continentis parte columnas, Ad Gades, ut ue alijs placet, ad calpen abylenq; promõtoria, quæsitæ gloriæ, rerumq; à se gestarum monumẽtũ cõstituit. Inde in Iberiã transiens, Chrysaurum expugnat diuitijs regniq; opulẽtia præclarum, hunc poætæ Geryonem appellãt, quem tricipitẽ tergeminũq; fuisse ideo fingunt, ꝙ tres filios corporis animiq; uiribus pares haberet: quorũ cuiq; suus esset exercitus. Quidam tres fuisse fratres memorant, tanta animorum concordia ut una anima tribus corporibus habitare crederetur. Occiso igitur Geryone, eiusq; bobus per uim abductis, Hercules cum exercitu: Pyreneum montem conscendit, ut inde in Galliam: ac subinde in Italiã ei iter esset. Qui mons, quoniam ex omnibus totius orbis feracissimus altissimusq; habetur, hoc loco prius describendus uidetur, quàm de Herculis gestis, quæ ibi confecit, quicq̃ attingamus.

[Margin notes:]
Antheus ab Hercule superatus.
Busyridẽ Hercules uicit.
Colunnæ Herculis.
Geryon [dici]tur triceps.

Igitur montes Pyrenæi ut clarissimi habent autores, magnitudine longitudineq́; longè alios excellunt. Protenduntuŕq; ab interno mari gallico propè Narbonam ubi templum seu portus ueneris est, ad oceanum usq́;, ab ortu solis cæltas, qui galli uocantur, occasu uero Iberos habent: Atq́; cæltiberos ex utraq́; gente factos. Galliam ab Hispania naturali limite disterminant, Tribusq; ferme stadiorum milibus latitudine patent, Longitudo uero sexcenta passuum millia eoq́; amplius efficit. In his frequentes sunt syluæ, quidam uero nudi cernuntur, Arboribus omni ex parte carẽtes, uaria oblectabiliq́; coloris specie, ut id decoris naturam consilio addidisse facile credas. Quibusdam eorum iugis perpetuæ sunt niues: propemodumq́; cœlo immistæ. Qui summa iuga excelsioraq́; loca incolunt, barbarum incultumq́; hominum genus est, nullis ferè legibus obnoxium: per phas perq́; nephas, ut nos ipsi aliquando experti sumus, omnia tentans Armis assuetũ: suoq́; more uiuens. Ibi innumera oppida, uici: Castellaq́; cernũtur: hominũ multitudine frequentia, quibus ad uictum ferè necessaria (preter uinũ quod etiã culeis pice illitis illuc frequẽter importatur) terra illa, tametsi dura saxosaq́;, affatim suppeditat. Ad radices uero pyrenei frequẽtiores multo sunt ĩcolæ, plano scilicet loco ac cõuallibus imis de mõtiũ asperitate aliquid remittentibus, adeò ut intrepidè affirmare ausim, nequaquam alios totius orbis mõtes, tanta incolarũ multitudine: tantaq́; omniũ rerum ubertate potiri. nulla scilicet eorum parte cultoribus destituta, ipsaq́; tellure his omnia ex sese ministrante. Porro qua parte Galliam spectat pyrenæ, hos habet populos. Alectenses, Saltuenses, Donesanos, Andorranos, iugo montis haud procul ab Hispania sitos, Pratenses, Fuxenses: quorum maxima precipuaq́; est urbs Appamia, Sontiates, Coccosates qui hodie Coserani dicuntur, Nebosanos, Staractenses, Garunnos, Bigeriones, Tarbellos, Lurden

Pyrenæi mõtis descriptio.

Pyrenei Galliam uersus populi.

Balnea lapetana.

ſes, Lapetanos, Apud quos balnea perunctis aquis: ſuiq; natura pertepidis: mira ſanandorum corporum ui, medio mõtis emanant. preter hos, etiã Bernenſes, Marſanos, Taruſates, Gabardanos, Lanuſcos, Conuenas, Armeniacos, Auſcos. Alioſq; inuumeros. Quorum tamen omnium qui à Garunna flumine ad oceanum uerſus tendunt, aquitani dicuntur. Qui uero ab eodem flumine ad meridiẽ uergunt, Cæltæ aut galli uocãtur. Qua aũt parte altè lateq;

Pyrænei populi hiſpaniã uerſus.

citeriorem Hiſpaniam proſpicit, hæ ſunt gentes, Perpiniani, Ruſcinones, Emporij. Vetus Maſſilienſium colonia, Vrgellenſes, Cæretani, Gerũdẽſes, Vicẽſes, qui & Aquicaldẽſes dicũtur. Calſtribonenſes, Ilerdenſes, Barchinonẽſes, Roaneſij, Paleacenſes, Cardonenſes, Eſſedi olim dicti, prouentu ſalis quem mõs ſui natura producit, lõge ditiſſimi. Tarraconenſes qui & Aragones dicuntur: quorum primaria urbs eſt Ceſarauguſta, Roncaualij apud quos Rollandus ille ſtrenuus miles: alijq; Francie pares: Iam olim decubuiſſe feruntur.

Vaſcones Hiſpaniæ populi.

Cæltiberi cur dicti.

Vaſcones deinde, Cantabri, Iberi, Cæltiberiq; robur hiſpaniæ, ex cæltis iberiſq; ſimul ſociatis nomen habentes, herdiq; celſa pyrenes iuga uenatibus metientes, Atq; alij multi, quos ſingulos impreſentiarum cõmemorare, parum admodum referre uidetur. Horum itaq; omnium corpora hyemis, æſtus, famiſq; patientiſſima habentur: Animiq; ad mortem parati. bellum quàm pacem malentes. Ea etiã gens, maximè quæ galliã ſpectat, nunquàm

Pyrenei Romanorum iugũ minime pertulerũt

ſub iugum romanorum uenere, ſoliq; ex omnibus Gallis, pyrenei montis incolæ, romanorũ uim atq; audaciam propulerunt. Tametſi in hos, nec minus in alios aquitanos, publius Craſſus iubente Cæſare olim exercitum ductarit. Proinde medius pyrenei mons, nũc uarijs arboribus in maximã magnitudinem creſcentibus ſilueſcit, Nunc campos nudo latere boum laboribus pertentatos, longiſſimèq; protenſos habet, frumenti ſegetiſq; ſatis fæcundos. ubi fru

ges pro loci natura optimè proueniunt: ſummis tamen iugis quibuſdam locis etiam ſemina producuntur; atq; ibi latè patet, agrorum camporumq; planicies, adeò ut uix montis ſpeciem ullam cernas, ni cum circum te uolueris, propinquioribus iugis ſeſe oſtendentibus, caputq; in cœlum exerentibus. Eo etiam iumenta: omniũq; greges: certo anni tempore ex imis locis paſcendi gratia deducũtur. E quibus deinde maximam lactis, caſei, butyriq; utilitatem referunt. Hic Gentiana, Cardinea, Saxifraga, aliæq; herbæ corpori humano utiliſſimæ ſuccreſcunt, ut his freti adiutiq; mõtani, medicorũ pharmaca, antidotaq; facilè ſpernãt. Ad hæc ſupremo mõtis, qui taburus dicitur, iugo ſtagnũ uiſitur, quò qui accedant ualde terreantur, magnoq; uerſentur in periculo, fumus enim illinc denſaq; caligo, uelut ex camino aſſiduè exit, ſulphureæq; nebulæ totum circũ agunt locũ. Audiunturq; uel uẽti imperioſius. Debacchãtes: furẽteſq; introrſum, uel quiddã aliud ſummum terrorẽ ĩcutiens, ac ſubinde omnia turbans. Audiuimuſq; noſtra ætate multos ea loca inuiſiſſe, propiuſq; acceſsiſſe. Proinde ferunt miraculo accidere, ſi in id lapis ſaxũue proijciatur, caliginem confeſtim parte ex omni excitari. Atramq; nubem in altum efferri, quæ circum omnia nocte ſubito compleat. ſonũq; ueluti tonitruũ exaudiri, ſubindeq; plurimum grãdinis circũquaq;, quatenus lapidis iactus eſt, (uelut iratis dijs aut potius demonibus, qui ea forte loca incolũt) ſummo cum impetu ac fragore decidere, adeò ut uulgo credatur, id ſtagnum unum aliquem ad inferos aditum eſſe, Ideoq; dæmones cum ingenti murmure confeſtim adeſſe, ſi quidquàm in illud immittatur. Arbitrantes alicuius mortui ſpiritum in eorum regiam mitti, illacq; uelle deſcendere. At hæc ut pro uanis refellenda exiſtimo, ita adducor ut credã, ſulphur bitumẽue, quibus is mõs plurimum habundat, ſtagni aquæ permixtum huiuſmodi caliginẽ:

Taburi montis ſtagnum.

nebulasq; parere. Fumūq; inde exhalari, formidoloso sæpius horrore his qui proximè aderint. Sunt item ijsdem montibus in ora Fuxēsi ad alberiū pagum, duo stagna modico distantia interuallo, quorum alterū in alterū sese infundit, Vnum pisciū capax est, eius uidelicet aquis eos placidè nutrientibus. At alterum, tametsi eadē cōstet aqua, eos omnino abhorret: introq; immissos haud diutius uiuere patitur: Adeò illis inimicum est. Quæ res sanè non sine miraculo: uel potius mēdacio recitari uideretur, ni & hoc & illud de Taburi mōtis stagno, experientia multorum facile comprobari ualeat, Sunt enim plures nostra ætate qui id referāt, seq; sæpius expertos affirmēt, à quibus nos ipsi, perinde ut commemoraui, non semel tantum accepimus: Ex his etiam mōtibus nobilissima ingētiaq; flumina prodeūt, inde in utrāq; Galliā propero cursu sese latè infundētia: Quorū primus atax, suis cunabulis ipsoq; ortu preceps, Tum deinde cum plana attigit, molliter fluēs: atq; stanti similis uidetur. Cui uicinus est aurigera, omnium fluuiorum quos pyrenæ producit nobilissimus: ditissimusq;, ab auro gerēdo cognominatus. quo neq; tagus aurifer, neq; pactolus, Hermus, durius, padusue aureis arenis insignes, celebriores: nobilioresq; existunt. Ex hoc enim ut nos ipsi sæpius uidimus, pellucidi ex auro frustilli, crustulæ, arenæq; aureæ, persæpe ab incolis defodiūtur, ac dein secūdū Ripam fluminis sordibus elotis, Depurgatisq; omnibus excrementis, ipsum aurum purum solūq; remanet: quod si in minutas partes dispersum fuerit, argento uiuo in unū colligunt. Qui mos Fuxēsibus, Pamiensibusq; assiduus est. adeò ut ex eo questu plures alantur, Amplaq; interdū patrimonia parent, Hic fluuius turtures ingentes alit, haud quidem salmonibus cedētes, ac etiā minutorū pisciculorū genus, alburnos, Alausas, Monopalmosq; Salmonulos. Hic postq̄ cāpos oppidaq; Fuxēsis oræ alluit, in Garūnā fluuium, duobus à Tholosa miliaribus

Alberij pagi stagna miræ naturæ.

Flumina quæ ex pyræneo in galliā tendunt.

Aurigera Pamiēsis fluuius ab auro gerendo cognominatus.

sese īmittit, illum aucturus; hoc tantū ex augmēto, præmij referēs ut pulcherrimum nomen amittat, subeatq; Garunnæ appellationem, Cōtinuato igitur cū aurigera cursu, coniunctisq; aquis, Garunna procedit, omniū qui è pyreneo prodeunt fluuiorum maximus, altissimusq; qui per Tholosates perq; Aquitanos transiens, iunctis secum alijs fluminibus in Burdigalam: mareq; oceanum dilabitur: Hic lembis scaphisq; nauigabilis est, perq; eum mercatores frumenta, uina, aliaq; usui mortalium necessaria frequenter importāt. Salmonibus, Flotis, Murenulis, Carpis, Tincis, Gobionibus, Barbis, alijsq; id genus piscibus habundat. Sequitur amnis quem Tarbelli aturrū uocāt, per bigerionum fines latè decurrens, Campos agrosq; ripis superatis adeò interdum amplectens, ut uix ullis cōpagibus coherceri ualeat. Tandēq; in Baionā influens, suis equor oceanum adauget aquis. Post hunc Gaberus sese exhibet, pyrenes utero prodiens triceps tergeminusq;, qui postq̄ lōgè latēq; seiūctis aquis spatiatus est, Rapido cursu bernēsi agro ī unū alueū, uelut fœdere inito, cōuenit, ac se tandē immittit in æquor oceanū. Hic cū alios uarij generis pisces: tū etiā magnos turtures (quos nostri trutas appellāt) Salmonesq; habet optimos, nullis alijs bonitate cedētes. Hæc sunt igitur maiora flumina quæ ex pyreneo in Galliā decurrunt, quibus innumeri amnes: fluuioliq; cōmiscētur parū digni relatu. Porro qua parte mōtes pyrenei Hispaniæ adherēt, ingentia etiā rapidissimaq; habēt flumīa, quorū maximus nobilissimusq; est Iberus, in cātabris ad pyrenei mōtis radices ortū habēs, haud procul oppido Iuliobrica nauigabili cōmercio diues, octo fluuijs ī mare influēs. Græci uniuersā hispaniā ab eo Iberiā dicūt. Deīde noguera amænissimus amnis ex pyreneo prodit, perq; Paleacēsem orā trāsiēs, haud lōgis itineribus ī sicorī dilabit. Post hūc baliria, ex andorrensi ora ortū habēs, per Vrgeliēsem, Castribonensemq; agrum: in Sicorī etiam sese placidè

Garūna,

Aturrus:

Gaberus.

Flumina quæ ex pyreneo ī hispaniā tēdunt.

Iberus.

Noguera

Baliria.

Sicoris.

immitit. Sicoris autem fama percelebris: nobilissimusq; post Iberũ Hispaniæ citerioris fluuius: Ex cæretanis pyrenea gente oritur, Ilerdensemq́; orã influit, ac deinde passibus æquis cum ibero amne (uelut fœdere inito) sociatur. Nec tamẽ à nobis silebitur amnis, quem Plinius rubricatum appellat, è pyreneis montibus ortum habẽs, qui posteaquàm sinuoso flexu Ilergetes populos alluit, in mare tandem iuxta Barchinonam immittitur. Sequitur amnis quẽ idẽ author Tichium uocat ab emporijs pyrænes populis: uetereq́; phocensium gente prodiens. qui quo nunc nomine censeatur (Amisit enim antiquum uocabulum) haud quidem facile est dicere. ni hunc malis esse, quem incolæ (sicuti didiscimus) uulgo Lobregatum appellãt. Imi pyrenei colles baccho, cerereq́; habundant. suntq́; oĩs generis frugum, supra quàm credas, feracissimi, flumina habent personãtia: perstrepentesq; riuulos. Hic syluæ omni amœnitate referte, hic fontium perẽnitates, hic prata semper uirentia. hic uariæ prealtæq; arbores Vmbræ fæcunditatiq; accõmodæ, hic semper mitior aura, uentiq; nullis insaniẽtibus flatibus acti, dulciter spirãt, humanis corporibus nullatenus aduersi, quin si qui morbo laborãtes eò se conferant, citius liberantur, maximoq́; dulcis auræ fauore fruuntur. Preter hæc summa mõtis pyrenei bona, sunt etiã inibi abstrusorum metallorum fœlices diuitiæ, ferrum enim optimũ inest, presertim in ora Fuxensi, in uisceribus terre abditum, Reliquo totius orbis multo prestantius, ut ea de causa innumeræ sint secturæ: fistulæq;: ac subterranei meatus, bina passuum millia interdum protensi, assiduoq; ligonis usu introrsum excauati. Sunt item innumeræ Plumbi, Argenti, æris, auri, electriq; fodinæ, nostra etiam memoria recẽs adiuuẽtæ, qua ex re (ut Diodorus ait) nomen montibus inditum est. Nempe cum pastores syluis, quæ ibi plurimæ sunt, ignem fortuito subiecissent, montana regio deflagrauit.

Rubricatus.

Tichius, uulgo Lobregatus dicitur.

Ferrũ Fuxense optimum.

grauit. Vnde argẽti puri riuuli effluxere. Quod deinde Phœnices mercatores uili rerum permutatione ab ignorãtibus incolis emptũ in Græciam Asiamq́; ac cæteras nationes detulerunt, ingẽtes ex eo cõmercij genere opes contrahentes. Illosq́; adeò quæstus cupido cõmouit, ut cum satis superq́; onustæ essent naues, argentumq́; super esset, dimoto ab anchoris plumbo, eius loco argentum subderent. Qua rẽ Phœnices locupletati aliquot colonias in Iberiam miserũt. At incolæ re cõperta, cognitoq́; deinde argẽto, querendis metallis operã dederũt ingentiq́; copia argẽti reperta, amplissimũ ex eo uectigal prodijt. Qui enim his montibus metalla scrutantur, Varijs sub terram multorũ stadiorum cuniculis actis, tellureq́; altè: latèq́; effossa, plus quæstus maioremq́; utilitatem percipiũt: q̃ qui his effodiendis apud atticos dant operã, Quippe hi sæpe opinione frustrãtur, illi uero ampliora spe percipiunt, soli bonitate, auri, argenti, aliorumq́; metallorũ glebas affatim suppeditante ut pote omni terra metallis plena. Auri tamẽ fodinæ qua parte Galliam spectat pyreneus mons, nullæ quod sciam adhuc inuentæ sunt, inscitia forte negligentiàue hominum. Quas tamen etiam inesse argumento est, quòd qui cætera metalla effodiũt, ærisq́; uenas penitus scrutantur, auro sunt potissimum cõcolores. Quòd etiam amnis ille, cuius paulo ante meminimus, aurigera facile indicat. quippe cum è montibus pyreneis demittatur, aureas uoluit arenas, trahitq́; secum è montibus pellucidas auri crustulas. neq́; credere par est, illã Pyrenei partem quæ ad Iberiam pertinet, ubi innumeræ sunt argẽti auriq́; fodinæ, plus gratiæ: plusq́; fauoris hac ipsa de qua loquor à natura consequutam. Cũ idem sit montiũ tractus: eademq́; telluris ac regionis utriusq́; bonitas. Sed de his hactenus, nunc ad Herculem redeo. Hercules igitur conscenso Pyrenei montis iugo, in bebrycis eorũ locorum regis aulam primum diuertit. à quo est perbenignè hono

Pyrenæ bebricis filia ab hercule compressa.

rificētissimeq́;, ob uulgatam de eo famam exceptus. Quū autem uino epulisq; nimio plus esset oneratus, pyrenē regis filiam forma præstanti uirginē, data cōnubij fide cōprimit. At uerò illa ex eo cōcubitu grauida facta, simulq́; uerita patris offensam, in antra secessit. Vehementer dolēs quòd in cōplexū Herculis uenisset, quodq́; eo facto uirginitatē (quam illucusq; tam charè seruauerat) quasi de improuiso amisisset. Denarrans etiā syluis opacis, ut alcydes promissam cōnubij fidē impiè fefellisset: utq; ob hāc rem ei pater multum īfensus esset. Quāobrē cū syluas antraq; satis superq́; lustrasset,

Pyrenæ à feris dilaniata.

luctu inediaq́; cōfecta in feras incidit, quæ eā tendentē in cœlū manus, atq́; (ut poæta inquit) hospitis arma uocantē confestim diripuêre. Postero autem die quū uictor Hercules ab hoste rediret, atq́; ut promissis staret ad amicam pyrenen per inuia atq́; aspera mōtiū loca contēderet, illam in uia exanimē, ferisq; discerptā, forte offendit, quam ut uidit, expalluit, moxq́; in lachrymas prouectus Pyrenē sæpius uocat. Percussaq́; mōtis cacumina Pyrenē etiā reboant. Tūq; gemitibus mœroreq; multo oīa cōplētur. Furētiq; similis Hercules huc & illuc passim discurrebat, ingentē beluarū stragē edēs, nullūq; faciēs ulciscendi modū. Tū uero ut ad se redijt, pyrenæ parētat,

Pyrenei montes à pyrænæ bebrycis filia dicti

eiq; solito ritu inferias facit, atq́; extrema præfatus, mēbra tumulo cōdit. Qui honos pyrenæ habitus perpetuum exinde montibus nomen dedit. Tametsi alij à crebro fulminū ictu pyrenei nomē factū existimēt, aut à subiecto mōtibus (ut supra cōmemorauimus) à pastoribus igne. Quēnam autē fuerit brebrycis regia, qua ue pyrenei montis parte sita parum inter authores constat. Ego uero arbitror illā fuisse spelūcā, quæ uulgo foramen Tarasconis appel-

Tarasconis foramen.

latur, in ora Fuxēsi haud procul à Tarasconis insigni oppido sitā, angusto admodū aditu, quo scalis admotis ascēditur. Tū deinde introgressis Amplæ latæq; aulæ cōcamerato opere cōstructæ patēt,

mirum præbētes spectaculum, ipsoq; aspectu horrorem incutientes, Iturq; per eū locū imperplexè: satisq; difficulter, quina senáue stadia aut paulo amplius. Vltra uerò progredi uolentibus tantus incutitur horror, ut inde referre pedē subitò cogātur. Sunt aūt q ferāt ingens auri pondus illic iam ab hinc mille annos occuli, quod nulla (si credere phas est) hoīs opera foras extrahi ualeat. quodā uidelicet dæmone id sedulò obseruante, iuxtáq; illud semper stāte, euigilātéq; pro foribus. Corporáq; hoīm intus inuēta, quæ primo quidem aspectu uiuere crederent: cæterū post manibus attrectata soluerentur in cinerē. Eò loci inuisēdi causa multi mortales ingrediuntur, à quibus edocti huiusmodi scribere nō erubuimus. Subinde ꝙ eo loci Bebrix regiā hàberet, alio ducimur argumēto, quippe uiculus haud procul ab spelūca situs est. Cui Bebrio nomē, antiquū retinēs uocabulū, atq; à regis noīe tale forte ab incolis postea inditū, Post hæc autē Hercules corynthiorū morē, Quorū ciuis erat, imitatus, cupiensq; suū propagare genus, in eā pyrenei montis partē quæ nunc ora Fuxēsis est, plurimos ex suo comitatu dimisit, qui duce fuxæo eius nepote ea loca incolerent, pyrenēq; uelut deā uenerarent, eiq; sacra solēni ritu quotannis facerēt. ut eius memoria sempiterna foret, utq; eo pacto adēpta illi uirginitas cōpensaret. Quo uero gēs illa, quæ Fuxensem oram primū incoluit nomine cēseret, haud quidē in aperto est. Verū cōstat, Armænios, persas medosq; cū Hercule fuisse in exercitu. Ideóq; coniectura ducimur, Armænios eam sibi oram delegisse, quæ Armeniacum uulgo dicitur, prope montes pyræneos, sumpta ab incolis nomēclatura, Medocosq; insulanos, Aquitanam gentem, à medis traxisse originem. Fuxenses uero haud quidē à populis ut illi, sed à fuxeo nobilissimæ illustrissimæq; fuxēsis familiæ authore denoīatos. Qui uero post hunc regnarint, quiue ea tenue int loca, multis profectò sæculis siletur. Donec ad

Bebrius uicus.

Fuxæus Herculis nepos.

Armæniaci ab Armenijs dicti.

Medoci à medis.

Fuxēsis à fuxeo:

id tempus uentum est, quo Arnoldus Carcassonæ comes, Herculis sera posteritas, intermortuum penè Fuxensium nomen suscitauit. Quod ut sciatur, breuiter commemorare necesse est. Peruagatus Hercules Pyrenea iuga, tandem in cælticam Galliam descendit, sublatoq; infando hospitum necandorum more: feraq; domita gente: Alexiam olim insigne oppidum (nunc uiculus est) ædito colle cõdidit. Cum uero apud quendam cæltarum regem, uirum quidem iustitia preclarũ, diuertisset, Galatæam eius filiã connubio petit. Quæ tamen illi (& si alios hymenæos aliaq; connubia sæpius spreuisset) & uirtutem animi & prestantiam corporis admirata, facile de assensu patris annuit. Ex quo filiũ genuit Galatem nomine, qui deinde his locis regnum paternum obtinuit: Atq; copijs in finitimas gentes eductis bello effecit: ut regni fines procul extenderet. ijq; populi à regis nomine galatæ (quos Cæsar Gallos appellat) exinde uocati sunt. Ex quo cũ multi alij tum etiam hi prodiere, qui deinde Carcassonensem oram suæ fecerunt ditionis. Quorum nomen forte uetustate cõsumptum: præclaraq; facinora: perinde, ac si nulla edidissent, omnino interiêre. Vel quòd illa, ut dixi, aboleuit antiquitas, quodue (si quid forte literis monumẽti sue mandatũ fuerat) id Gothi, Visigothi, Vuandali, alijq; id genus homines, quũ eas premerent oras, ferro, incẽdijsq; olim cõsumpserint. Quæ quanquàm extarent, haud tamen illa nunc recensenda putarẽ, quum præcipuũ sit institutum, res tantum Fuxenses: hæroumq; Fuxensium gesta: quoad breuius fieri poterit recensere. Aliorum uero nequaquàm, ni quantum ad rem pertinere uidebitur. Quod haud prius faciendũ uisum est, q̃ de diuo Volusiano, ut rerum sacrarum ipso operis aditu mentio fiat, quidquàm attigerimus. Igitur sciendum est, diuum Volusianum quartũ a Martino Turonensem episcopum, diuini uerbi in uulgus propalandi gratia, in eam oram uenisse, quæ tum ab Ar

Alexia.

Galatæa.

Galatæs Herculis & Galatæ filius

rianis, Visigotisq; tenebatur. Quũq; bonam utriusq; Calliæ partẽ, quæ ad mõteis Pyreneos pertinet, ad ueram christi fidẽ traxisset, Fuxum ire contendit. Cæterum medio itinere, inter Appamiam uarillasq;, ab Alarico Arrianorum duce cõprehẽditur: cõprehensóq; sine mora odio christiani nominis, euulgatiq; sacri dogmatis inuidia, caput amputari iubetur. quingẽtesimo christianæ salutis anno. Vndeuigesimóq; post, eo loci ubi uitam finierat, forte fortuna: uel potius miraculo inuentus est. eruta ab iuuencis terra ubi conditus erat. Tum deinde Fuxũm delatus, ac summa cũ ueneratione in æde diuo Martino sacra repositus est. Sunt qui ferant, eo loci ubi inuẽtus est, Bacillum, quem de more leuãdi itineris gratia gestare solebat, quum eum in terram fixisset: in arborem coaluisse. quam nos ipsi secus uiam sæpius uidimus. nullo fructu: eiusq; ramis latè protensis. Quæ cuiusmodi generis arbor sit, haud facilè dignosci põt.

Diuus uolusianus ab Alarico occisus

Volusiani Baculus ĩ arborem coaluit.

Ex his itaq;, aliisq; permultis satis constat, Fuxenses ab hinc iã mille annos christianæ religioni addictos, numenq; diuinum persanctè coluisse. Quæ res illis in maximum decus: ornamentũq; cedere debet. Cum cernamus, alias innumeras gẽtes, illis etiam uicinas post lõgissima tẽpora christũ uix recepisse. Sed de his hactenus. Reliquũ est ut ad Fuxẽses Comites (sicuti par est) iã iam accedamus. Prius tamen opere precium uidetur, de quibusdã Carcassonæ Comitibus unde illi taxerunt originem: quosq; habuere parentes, & quidem obiter pertractare, quàm ad eos sese conuertat stilus. Igitur Arnoldus Carcassonæ Comes, ex Arcẽda coniuge Rogeriũ habuit, quẽ infantem adhuc, uixq; dum nutricis uberibus abductum, uiris cum moribus: tum doctrina claris alendum præbuit. ut scilicet ingeniũ: uitamq; illius effingerent. Quorũ quidem opera tandem effectum est, ut is in clarissimũ: strenuissimumq; uirum euaserit. Huic itaq; in hunc modũ aucto, parentes castellũ, quod pendens uulgo dicitur

Antiquissimus Fuxẽsiũ christiani nominis cultus

Arnoldus Carcassonæ comès

Castellũ pendens.

inter Amplanum Fuxumq; cōsistens, eo tum tēporis dederūt, quum annus christianæ salutis noningentesimus septuagesimus quartus ageretur. Tumq; Amplani sacelli donatio diuo Volusiano ab eisdē facta est. Porro pater, quum iam senio confectus esset, neq; ualeret amplius comitatus negocijs superesse, omnem illius curam filio demandat. Eumq; è cubili tum demum placidè submonet: quum eum uires omnino defecissent. Ne scilicet sese luxui illecebrisq; dederet, quæ corpus animumq; mollem efficere: Deq; rectæ rationis uia nimium detorquêre solent. Docetq; eorum sequenda uestigia, qui fortes, magnanimi, prudentes, modestiq; semper in uita fuerunt. Sūmorum uirorum exempla ob oculos proponens, planeq; commonstrans, quàm prospere his successerit: quàmq; malè infœliciterq; illis, qui spreta uirtute in ocio ac delicijs consenuerint. Adeò ut amplissima patrimonia paruo momento effunderēt: efficerētq; ut eos ignominia tantū, ingensq; dedecus maneret. Itaq; illum summopere hortatur, ut sapientum uirorum præcepta libenter audiat, Eorūq; pareat monitis. Quo pacto effecturum inquit, ut uitam illustriorem redderet: optimiq; principis acquireret nomen. His itaq; accensus iuuenis, rerum curam à patre demandatam impigrè suscipit. Datquæ sedulò operam, ne paternorum præceptorum ullo pacto contemptor habeatur. Quamobrem post paulùm mortuo patre Rogerius hoc primùm agit, ut maturæ ætatis: maiorisq; prudentiæ uiri deligantur, quorum consilio authoritateque omnia negocia peragat. Igitur uni (quem iam pater in uita suorum consiliorum participem habebat) rem omnem & publicam. & priuatam demandat. ei nimio plus fidens. At uerò is nimia fretus licentia, præterquàm quòd ex amplissimis principis possessionibus ingens auri, argentiq; pondus conflauerat, maximam etiam nummorum uim subditos indies dependere cogebat. Minutissima causans principis negocia

Amplani sacelli donatio.

Monita patris erga filium

Rogerius Carcassonæ comes

præfectus domui rogerij nimia licentia corruptus.

Quocirca coaceruatis hunc in modum opibus, ſummoq́; dignitatis honore (præfectus enim domui erat) nimium elatus, in animum induxit, principatum occupare. Quamobrem expectata die Rogeriũ uenationi ferarum intentum: nihilq́; tale ſuſpicantem: loco admodum ſentibus opaco, ſtricto gladio à tergò adoritur. At ille (ut ſæpe fit) uerſo in gyrum equo ictum preuidet, telumq́;, quod icienda rũ ferarũ cauſa in manu habebat, ſubito in eũ cõtorquet, hauſtoq́; pectore morte perfidũ mulctat. Moxq́; cadauer è terra ſublatum: cruci (ſecus uiam) affigi iubet. ut omnibus de uita principis: dominiq́; eſſet admonitioni, exemploq́; illius alij diſcerent, quàm flagitioſum improbumq́; eſſet, ſuis dominis parare inſidias, eorumq́; uitam temerè appetere. Igitur ex eo tempore neminem habuit, quo perinde familiariter uteretur. Quin ei in reliqua uita ſumma fuit cautio, ne unquàm ſine arbitris conueniretur. Edictoq́; precepit, ne ex eius famulitio quiſquam arma ullatenus circunferret. Credidit enim alios fore coniuratos conſcioſq́; criminis, qui pertentatum facinus qua poſſent occaſione perficerent. Qui uero huiuſmodi eſſent, haud ſatis compertum habebat: ideo ab omnibus cauendum arbitrabatur, ſic uitam ſolicitus: meticuloſuſq́; indies agebat. Porro is uxorem habuit Aladaxiam ſummo natam genere, ex qua tres uirilis ſtirpis liberos ſuſcepit quibus, ne poſt eius mortẽ ulla oriretur inter eos hæreditatis diſſenſio, omne patrimonium diuiſit, unicuiq́; ſuam partem teſtatò relinquens. Primogenito enim cui Raymundo nomen, Carcaſſum, Barchinonamq́; inſignem Citerionis Hiſpaniæ urbem, maioris ætatis fauore attribuit. Alteri uero Bernardo nomine atq́; Aladaxiæ uxori Sauarteſi uigueriam quæ ad Pyræneos monteis pertinet, nunc Fuxenſis comitatus pars eſt. Fuxiquè arcem naturaloci munitiſſimam, eiq́; adiacentes pagos, Coſeranum inſuper, ad radices Pyrenei uicecomitum,

Armorũ uſus à Rogerio interdictus.

Aladaxia Rogerij uxor.

Teſtamentum rogerij,

Sauarteſi uigueria.

Bolbonea ſylua.

Petrus rogerij filius Gratienſis abbas.

Amplani ſaccelli donatio diuo Vuluſiano facta.

Mors Rogerij.

Dalmiſanum, Podagueſium, Bolboneumq́; nemus, inter aurigerã Lertiumq́; flumina latè patens, ac quicquid iuris in Volueſtri agro obtinebat, teſtamento reliquit. Prætereaq́; Caſtellum quod nũc uulgo collum Bernenſe dicitur. Erat enim arx edito loco ſita, quam iã olim quædam fœmina Citerionis hiſpaniæ comes, auſu temerario dirui iuſsit. Haud tamen impune, ſiquidem Fuxenſis oræ nobiles, in quos eorumq; pagos ualde ſæuierat, collecta multitudine illã tota Gallia paruo negocio exegerunt. Coegeruntq́; in Citerionẽ Hiſpaniam turpẽ moliri fugam. Tertius uero (cui Petro nomen) Rogerij filius ſacris initiatus eſt, Gratienſemq́; abbatiam: atq́; alia innumera ſacerdotia: procurante patre obtinuit. At uero Rogerius anteq̃ hoc teſtamentum cõderet: ſuaq́; liberis diuideret patrimonia: iam multa religioni impartitus fuerat. Diuo enim Voluſiano, quem ſummo affectu colebat, Amplani ſacellum donauit, quũ annus chriſtianæ ſalutis noningenteſimus atq; octuageſimus octauus ageretur. Quarto uero ac uigeſimo poſt anno, eiuſdem diui ſacris cultuiq́;, Sauinhacum, Perlas, Sentiracum, Verdunũ, Praiollas, Planiſolas, Ferreriaſq́;: Atq́; haud multo poſt etiã Verneiollij decimas attribuit. Deinde uero exactis aliquot annis fatò functus eſt, Hactenus à nobis Carcaſſonenſiũ comitum facta eſt mentio. quòd iniquũ eſſe nõ parũ uideretur, illos ignorari: à quibus primi Fuxenſiũ comites traxiſſent originem. Cæterum poſthac relinquentur, ni eos cõmemorare è re eſſe aliquando uiſum fuerit.

De Bernardo primo Fuxenſium Comite.

Bernardus primus fuxi comes.

MOrtuo patre Bernardus eam bonorum partem, quam ille ut diximus ei teſtamento adſcripſerat, uocata ſecũ matre accepit. Paulóq; poſt nobiliſſimæ nubſit fœminæ (cui Beatrici nomen)

men) ex Biterrensi familia Ortæ quæ primo quidem connubij an no ei filium peperit, cui Rogerio, sicuti auo, inditum est nomen. Quũ uero Bernardus annum ageret ætatis suæ quadragesimum, Rebusq́; gestis ac fortitudine bellica præclarus haberetur, à Raymundo, huius nominis secundo, Tolosatum comite: eodemq́; Narbonæ duce: De gallorum procerum assensu primus Fuxensium comes creatur. Quumq; antea domini tantũ titulo honestaretur, tum primùm effectum est, ut ei clarior dignitatis gradus accederet. Quamobrem re diuina facta: solennibusq́; de more peractis: Populo, proceribusq́; qui illic frequentiores adherant, pro noua dignitate accepta, in hunc modum gratias ægit. Gratulor uobis patres amplißimi nobilißimiq; hæroes, quòd me hodie nihil tale merentem in sublimem dignitatis gradum extuleritis, qui ijs potißimùm debetur, qui bonã rebus bellicis nauarint operam, quiúe aliquod uirtutis specimẽ de se præbuerint. Quorũ equidem neutrum in me agnosco, Neq́; uideo qua ratione id mihi penitùs ignauo, tam prono fauore tribuendum censueritis. Nisi fortè eò uos adduxerint maiorum nostrorum præclara facinora æternis digna monumentis, Aut nostrum sublime genus quod ab illo fortißimo hercule ducimus. Et quemadmodum ille uiuens etiam diuinos honores meruit, sic nos, tametsi nihil tale prestitimus, quia tamen eius sumus posteritas, hoc honorificentißimo dignitatis munere uobis digni quodãmodo uidemur. Quare quicquid tribuistis, hoc totum uestra est liberalitas, nõ uirtutis præmiũ, aut alicuius benè gestæ rei merces. Quo fit, ut maiori sim uobis adstrictus uinculo. Taleq́; debitum contraxerim, quod neq; ego: neq; posteri mei: poßint unquàm dissoluere. Quis enim pro tantis beneficijs parem uobis referret gratiã? Verum id postquàm minime datur, q̃cquid facultatis, quicquid uiriũ, q̃cquidúe opum in me erit unquàm, id equidem

Beatrix Biterrẽsis Bernardi uxor.

Oratio Bernardi comitis.

uobis summo affectu tribuo, acceptumq; fero. Tantumq; abest ut ingentium beneficiorum, susceptæq; à uobis dignitatis immemor: ingratusq; esse uelim: ut etiam mea omnia: uestra esse, priuatim publicèq; profitear. Meq; uobis uitam nedum bona debere aßiduè attester. Quem animum tunc ego apertius demonstrabo, quum nostra opera alicui uestrûm usui fuerit. His dictis hæroes magnatesq; nouum illi honorem gratulatum uenerunt. circumq; affusa plebs eum lætis acclamationibus excepit atq; ei omnes (ueluti uno ore) bene precantur. Illumq; diem læti omnes celebrabant. Tumq; à Bernardo apparatis quàm lautißimè mensis, ad cœnã recipiuntur. Ac mox histrionibus, Mimis, cãtoribus, coraulisq; exhilarantur. Confestimq; à mensa lucta, palestra, cursu, hastiludijs, alijsq; id genus certaminibus, uirtutis probandæ gratia, sese excercent. Postero autem die hæroes magnatesq; preciosis donati muneribus, in suam quisque orã abeunt. Dein Bernardus summa in deum religionè præclarus, maiorumq; suorum haudquaquàm degener, diuo Volusiano campum rotũdum, cadiracum, ferrerias, serrense sacellũ cum decimis, pagumq; sancti Ioannis (de uirginibus uulgo dictũ) atq; eius decimas dono dedit. Post hæc interiectis aliquot diebus, literis nuncijsq; Bernardus certior fit, quàm graues inimicitiæ inter eius fratrẽ Carcassonensem comitem, Raymundũq; Tolosatem intercidissent, ob arcem Lauracensem, quam hic uendicabat, aiebatq; (sibi mãcipi iure) fidelitatis iusiurandum ab illo prestari debere. Ille uero pernegabat, contendebatq; id quidem minime fieri oportere, quum ad eum integro iure arx pertineret, illamq; sui maiores semper liberam possedissent. Tandem Bernardi Fuxensis interuentu odia quieuerunt. Paxq; in hunc modum composita est, ut arcem Carcassonensis liberam perpetuo haberet, ac prætcrea ob belli sumptus: erogataq; militibus stipendia (quos eum

Quorundã pagorum donatio diuo uolusiano facta.

Lauracensis arx.

habere aduersus Tolosatis uim oportuit) dena solidorum Molgarensium (Barchinonensis monetæ) pugillûm millia eidem exsoluerentur, si quid autem iniuriarum Carcassonensis a Tolosate accepisset, itidem illi ex animo liberéq; cõdonaret, eoq; pacto alter in alterius gratiã rediit. Annus erat millesimus nonagesimus quītus, qui regnãte prophæta Ihesu inscribebatur in gallia, ob Philippi huius nominis primi gallorum regis anathema, quo Claromontensi concilio Vrbanus pontifex eum cõcusserat. Igitur eo anno eodem concilio de expeditione in Hierosolymam ducenda constitutũ est, Petro heremita aymarioq; podiensi antistite authoribus. Itaq; summa totius belli Gothifredo bullioneo Lothoringiæ duci, ingẽtis spiritus uiro demandatur, qui confestim gallorum principum animos (quos huic rei minime defuturos arbitrabatur) quibus potest modis sollicitat. Vtq; etiam reliquos christiani nominis uiros ad id inducat: nihil reliqui facit. Quamobrem Bernardum nouum comitem huius rei per literas certiorẽ facit: eumq; orat ne huic rei tam iustæ piæq; deesse uelit. Quibus acceptis stati Fuxensis dat operã. ut oĩa ad profectionẽ necessaria presto sint. Igi equos, arma, uiros, pecuniã, aliaq; bello opportũa subditis ĩperat. Atq; ex his oĩbꝰ optima mitti: deferriq; iubet. Tũ demũ cõparatis oĩbus, quã maximis põt itineribus ad Gothifredũ proficiscitur, apud quẽ alij innumeri principes ex oĩbus fermè orbis partibus cõuenerant. Iiq; præcipue, Eustathius, Balduinusq; Gothifredi fratres, Austarus ripemõtanus, Robertus Flãdriæ comes, Ancelinus richemũdus apuliæ rex, Hugo cognomento magnus Philippi gallorũ regis frater uiromãduorũ comes, Guillelmus britaniæ rex, Robertus normãnorũ dux guillelmi frater. Raymũdus tolosas Narbonæ dux, Bernardus Fuxi comes, Guytardus normãnus, Arpinus Bituricẽsis, quẽ tantus ardor christianæ religionis incenderat, ut quũ aliæ faculta

Annus regnãte Iesu prophe ta inscriptus.

Hierosolymitana expeditio

tes ei ad id bellum non suppeterent, Insignem Biturigum urbem Philippo regi uendiderit. Stephanus item ualesius Carnoti comes, Petrusq; heremita huius Author expeditionis, aliiq; innumeri duces: principesq;: qui & rebus gestis: & generis claritate insignes erant. Ii omnes postquàm conuenere, De re tam ardua: tãtæq; molis simul consultant. Quid scilicet imprimis agendum sit, quibus itineribus insistendum, Quæ agmina ductanda, Quæ tormenta, quas machinas bellicas, quæue armorum genera deferre debeant. Tumq; demũ in turcos solymosq; læti proficiscuntur. Quid uero illic ægerint, quas cæperint urbes, Quot oppida eruerint, quos pagos, Qus uillas incursionibus uastarint: incendiisq; consumpserint: haud quidem instituti nostri est referre. Ad rem igitur redeo. Bernardus ab expeditiõe reuersus haud multo post morbo corripitur. Quumq; uis morbi indies augesceret, thoro decubans Rogerium filium longo sermone adhortatur, ut uirtutem quam maximè colat, fugiatq; uitia, utq; subditos in pace (quoad eius fieri poterit) cõtineat. Neq; comittat unquàm, ut pro bono iustoq; principe sæuißimi impiiq; tyranni nomen assumat. Postq; paulũ fato functus est, Anno suæ ætatis octogesimo quarto, administrationis comitatus quarto ac quadragesimo.

De Rogerio secundo Fuxi Comite.

Rogerius secundus Fuxi Comes.

BErnardo uita functo succeßit Rogerius filius, quem (ut supra commemorauimus) ex Beatrice coniuge susceperat. Is optime indolis adolescens, formaq; prestanti fuit. Cui flaua ex humero similisq; auro cæsaries pendebat, adeò ut ea res cum decenti corporis modo, apud omnes gratiam facile conciliaret. Huic igitur tam pulchro adolescenti, pulcherrima etiam nobilibusq; orta

parentibus fœmina nubsit, cui Arcende nomen, Quæ deinde filium peperit, quem pater de suo nomine Rogerium uoluit appellari. Huius patruus Raymundus Carcassonæ Comes, unicam tantum filiam (cui Mengardæ nomen) moriens reliquerat. cui Carcassonensis oræ aliorumq; bonorum, quæ olim patris fuerant, successio obtigit. At illi Rogerius longè aduersabatur, ad se ueluti masculum successionem iusto iure pertinere contendens, illamq; excludens sexus pretextu, quòd regem in bello (quum usus fuerit) minime iuuare posset. Et quanquam illi masculus esset filius (cui Bernardo athoni nomen) In eum tamen ab ea nihil transferri posse: cum etiam nihil haberet iuris optimo argumento confirmabat. Quãobrem collectis copijs eam bello appetit, breuiq; effecit: ut ora Carcassonensi superato Mẽgardæ exercitu potiretur. Post paulum uero temporis Rogerius Mengardæ consobrinæ suæ, eiusq; filio Bernardo athoni pulcherrimo iuueni, eorum lachrymis ac mœrore permotus, quicquid in ea ora sui iuris fecerat (Layraco arzensioq; carcaßi oppidis exceptis) liberè restituit. Ac præterea ex suis posseßionibus (si quãdo eum sine liberis mori contingeret) fontem fredelasium, oppidum sub arcem Pamiensem positũ à fonte frigidißimo qui mediũ oppidi locum tenebat id nominis habens, cuius modo uix ulla extant uestigia. Lordatẽse insuper, Dunense, atq; Mirapiscense castella, ac quicquid honoris à cõuenis coccosatibusq; debebatur, ultro eisdem donauit. At uero mutua uice Bernardus atho Mengardæ filius, sub simili conditionis æuentu, Carcassonæ comitatum: Biterrensemq; oram illi attribuit. Deinde uero Rogerius secũ reputans. Quot galliæ duces, quot nobiles, Quotq; christianorum millia annis superioribus in hostes fidei profecta fuissent. Memor etiam paterni affectus, qui eò cum alijs ducibus profectus fuerat, in animũ induxit (ne ipse desidiæ

Arcenda Rogerij uxor.

Mengardæ carcassonensis ac Rogerij dißidium.

Fõtis fredelasij oppidũ iuxta Appamiam.

Rogerij i Syriã profectio.

damnari posset) illorum sequi uestigia. Quamobrem comparato exercitu, accitisq; aliquot suæ gentis nobilibus, Antiochiam (quæ tum à christianis obsidebatur) magnis itineribus cõtendit. Vbi maximè rem iuuit christianã. Eaq; demũ post longã obsidionẽ capta, de principatu uter scilicet in ea regnaret, inter Boemũdũ Roberti Apuliæ regis filiũ, qui in ea capienda strenuissimã nauarat operã; atq; Raymundũ Tolosæ, Ægidijq; comitẽ (cuius paulo ante meminimus) dissensio orta est. Quũ enim illi urbis imperiũ ceteri oẽs deferrent, hic solus uehementer reclamabat Rogerij Fuxensis fauore imprimis sustentatus. At sæpius inter duces tentata est reconciliatio, sed quum nihil proficerent. Neuterq; alteri cedere uellet, cessit tandem Boemũdus, atq; imperiũ Raymundo detulit. Sunt qui referant, par dissidiũ inter hũc Raymũdum Tolosatem, atq; Gothifredum Bollioneũ, post Hierosolymitanæ urbis captionem, accidisse. ut pote quòd ille huic de omniũ consensu regi creato aliquantum obstiterit. sibi id honoris uendicans, quòd primus urbis muros ex mõte Syon (qui à meridie urbi incubat) ubi ipse castra posuerat, cum Rogerio Fuxensi cõscendisset. quod an uerum sit, parũ est in animo aliter scrutari. Tantũ attestabor hoc ab ignobili, illud uero à doctissimo, summæq; fidei authore accepisse. Interfuit igit Hierosolymæ captioni Rogerius, quam christiani undequadragesimo obsidionis die ui tandem cepere, quum undecentesimus supra millesimum christianæ salutis annus ageretur. Vbi tãta infidelium strages ædita fuit, ut innumeris urbis locis crurum tenus equi sanguine tingerentur. Deinde post aliquot annos reuersus è Syria: ac Hierosolymitana expeditione Rogerius, Hoc primum curauit ut diui Anthonij caput, ac reliquiæ (quæ ubi tum erant non satis religiosè habebantur) Iesatum transferrentur. Quamobrem accersitis nobilioribus: primoribusq; Fuxẽsis patriæ ipse depurgata primùm

Boemũdi Raymundiq; Tolosatis dissidium.

Raymundus Tolosas, gothifredusq; de Hierosolimæ regno contenderũt.

Translatio diui Anthonij

criminibus mente, nudoq; uertice, ossa intra clamydem excepit, exceptaq;(multa populi comitāte caterua)in ædem illi diuo sacram (celebre religiosorum cœnobium) uenerabundus detulit. Vbi multa eduntur quotidie miracula. Adeò ut si quis diui ossa tangens, aut per numen illius iurans fidem fefellerit (qui modus finiendarum litium creber est, quum desunt probationes) haud multo post pœna tardabit, Quin uel eum ignis sacer (quem focum Anthonij uulgo appellant) corripiet, uel aliam corporis bonorumue iacturam ante exactum annum proculdubio sentiet. Diuino scilicet numine sic periuria ulciscēte. Post hæc autem interiectis aliquot diebus, quum diui Volusiani corpus eò loci ubi supradiximus iaceret, neq; satis reuerēter coleretur, eum Rogerius illinc eximere alióq; transferre instituit. Itaq; quum annus undecimus supra undecies centesimum ab ortu christi ageretur, eo iubente, innumeris proceribus ac flaminibus adhibitis, in primisq; Amellio Tolosatum episcopo: Raymundoq; Barbastensi, ignobilisq; plebis numerosa multitudine, sacrum Volusiani corpus in celeberrimum montis gaudij Sacellum transfertur. Id iampridem Carolus magnus, orbis Imperator atq; galliæ rex: ædito colle (haud procul ab oppido Fuxensi) in honorem uirginis Mariæ cōstrui iusserat. ubi innumera ædūtur miracula, quo etiam frequens hominum multitudo uota redditura quotannis confluit. Neq; est (quod sciam) in Gallia religiosior ædes. quam Ioánnes à Regerto uir sanè egregius, doctißimusq;, illius archiflamen, magnis redditibus auxit, sexq; collegis, qui inibi quotidie sacris operarentur, diuinoq; inseruirent cultui, decorauit. Igitur locato supra maximam templi aram Volusiani corpore, mira sanandorum corporum uis manifestè apparuit. Quippe utroq; lumine captus, eiusdem diui apud Deum optimum maximum interuentu, uisum repente recuperauit. Paralytico a: torpescēti

Diui Volusiani trāslatio.

Montis gaudij sacellum.

Ioannes à Regerto Appamiæ officialis ac montis gaudij sacrista.

corporis habitudo restituta est. Maniaci uero ac dæmonibus obsessi (qui illic plures aderant) sine mora liberati sunt. Mox aũt quum sacra celebrassent, solennesq; peregissent cæremonias, ex eo loco idem diui corpus intra Fuxi oppidũ deferunt. Inq; noua tum æde diuo Nazario sacra reponunt. ubi nunc per sanctè ac religiosè colit. Cui Rogerius atq; Arcenda eius cõiux ut eius cultus auctior fieret, utq; ibi honorificentius haberetur, Garratensem pagum: amplaniq; aliquot hortulos donauerunt. Pauloq; post morbo correptus Rogerius in fata concessit, quum nonum ac quadragesimum suæ ætatis, Administrati uero Comitatus decimũ quintum annum exegisset.

Mors Rogerij.

De altero Rogerio, tertio Fuxi Comite.

MOrtuo Rogerio successit eiusdem nominis filius, quem ex Arcenda coniuge (ut paulo ante diximus) susceperat. Vultu quidem liberali: atq; ingenio ad omnia prompto. Quũ autem iuuenis admodum esset, neq; regendo comitatui satis idoneus uideretur, eius propinquiori (donec adoleuisset) rerum cura demandata est. quod iam à patre priusquàm moreretur præceptum: constitutumq; fuisse quidam memorant. At uero is quum uigesimũ ætatis annum attingeret, susceptis comitatus habenis, per se omnia cæpit agere. Tumq; procerum ac consanguineorum suasu: consilioq;: Stephanam summo natam genere fœminam, uxorem duxit. quæ dotis nomine marchias (sic enim inferioris prouinciæ partem appellant) atq; alia innumera bona detulit. Hec autem nullis susceptis liberis post aliquot à cõtractu matrimonij dies mortem obijt. Qua mortua Rogerius aliã duxit nomine Eximenã, clarissimam honestissimamq; fœminam. ex qua (uix anno euoluto) filium suscepit cui Rogerio Bernardo nomen, cognomen autem grosso (ob

Stephana Rogerij uxor.

Eximena secunda Rogerij uxor.

torosa

torosa forte membra (inditum fuit. Cuius sacri baptismatis diem (quo planè aqua abluti renascimur) læti omnes cælebrauerunt, eamq; ob rem conuenere innumeri principes magnatesq;. Eo tempore urbs Appamia (unde nobis origo est) uni parebat abbati, qui solus in ea dominatum obtinebat. Quum uero eum nobiles quotidianis prælijs incessérent. Eiq; tantæ urbis principatum inuidentes plurimum facesserent negocij, multa ac maxima damna quotidie ingerentes Rogerium tandem adijt, eum obnixè orans, ut aduersus nobiliũ potentiorumq; uim opem ferat: eumq; (quoniã ipse per se ad resistendum nõ satis potens esset) in parem assumit, Ascitoq; in socium dominij partem attribuit, Ratus longè satius fore partem à se dominij abdicare, quàm tota possessione depelli. Quũ ad inferendã iniuriã nobiliorũ manus (uti iam diximus) nimiũ prompta esset. Tutior igitur ac liberior comitis ascitu factus abbas, magnatũ potentiorumq; minas facile spernebat, Nec quisquam exinde inuentus est qui ei molæstiam ullatenus inferre auderet. Itaq; inita regni societate (quippe in ea urbe olim reguli fuerant) conuenit ut habitacula inter se partirentur, ac quisque suam domum seorsum haberet. Igitur Rogerius arcem ædito monticulo sitam pulcherrimis insignitam turribus deligit, Abbas autem eam turrim, quæ ab arce triginta paulóue amplius passibus distat, domicilio retinet. Cæterũ Rogerius ne ingratus uideretur, utq; tãti beneficij memoria ad posteros usq; permearet, persanctè ac fide data promisit, à se suisq; successoribus, abbati hisq;. qui in eius locum postea sufficerentur, uenerandoq; religiosorum cætui (nunc canonici uoctãur) dimidiũ frumenti, uini uero integrum modium, pinguem insuper uaccam, suillos quatuor, paremq; grossorum numerum (est enim monetæ genus) altera septembris die (qua diui Anthonini festũ percelebre est) quotannis exsolutum iri. Ac sub-

Societas Dominij (quã pariagiũ uocãt) inter Rogeriũ & abbatẽ Appamiæ facta

Arx comitis Turris autem abbatis est domicilium.

inde (quoniam is diuus intra arcem natus fertur, eius patre urbis regulo tum in ea cōmorante, libere permisit ut ea die (quam supra diximus) eā arcem abbas (nunc uero episcopus est) eiusq; religiosa cohors ab ortu solis ad occasum usq; teneret. quem morem nosipsi sæpius obseruari uidimus. Quoniam uero pleriq; & Fuxi & Carcassonæ comites multis abbatem incommodis affecerant, bona diripuerant, Agrosq; incursionibus uastarant, ut hæc damna compensaret Rogerius (siquidē grauiter molæstéq; ferebat alteri quoquomodo inferri iniuriam) fredelasium oppidum (de quo supra diximus) abbati eiusq; religiosæ cohorti donauit. Sub idemq; tempus quicquid sui maiores diuo Volusiano dedissent, Id ratum firmumq; fecit. Ac præterea hortulos (quos ipse ad Fuxi oppidum habebat) eidem diuo attribuit. Postea uero interiectis aliquot annis Rogerius uenatu rediens, Quum cibum auidius caperet, primasq; uoraret epulas (famem enim ex uenatione contraxerat) inter edendum suffocatur. nō sine magna porrecti ueneni suspitione. Quod uidens eximena eius coniux (è regione enim uiri consistebat) propere consurgit, ac Rogerium e terra subleuans semianimem ualde osculatur: auxilium famularum implorās, frustraq; moribundi spiritum retinere tentās. Quæ dein repentino uiri casu consternata: ita morbo affecta est, ut paucos post dies uita excesserit.

Fredelasij oppidi donatio à Rogerio abbati facta.

Mors Rogerij.

De Rogerio Bernardo quarto Fuxi comite.

ROgerius Bernardus cognomento Grossus annum agens uigesimum sextum mortuo patri successit, quum in Gallia Ludouicus sextus (uel ut alij uolunt septimus) regnaret, Conradus uero secundus: orbis esset Imperator. Hic à teneris annis cū militari tum etiam alijs fuit instructus disciplinis, subditos semper in

pace continuit, neminiq; iniuriam inferri passus est, quin illatam sæuerißime uindicabat. Neminem item cum alterius incōmodo locupletem fieri patiebatur, æqui iustiq; adprimè obseruantißimus. Si quid querelarum: si quid dißidij inter aliquos enatum fuisset: id ex templo componebat, litem atq; inimicitias de medio tollens. Offerebat interdum pecuniā si eius causa discordia suborta fuisset, Quod si hoc modo minimè impetraret, telo atq; armis agebat, tantisper dum iratos animos ad pacem conciliasset. affirmans quod minime precibus concederetur, id saltem ui tentandum esse, quum quod peteretur non tam roganti quàm à quo rogaretur utile esset sic apud omnes bene audiebat, optimiq; principis nomen merebatur. Quum primùm uero comitatum gerere cepit Rogerius diuo Volusiano, bebrēsem uillam, arcem perlariam, Dimidiumq; uectigalis quod ex Fuxi ponte (qui tum ædificari cæptus erat) colligitur, Dimidiumq; prouentus, qui ex Fuxensibus furnis capitˉ donauit modo Fuxi abbas (ad quem ea res pertinet) dimidium lignorum his calefaciendis sufficeret. Proinde si qua molendina ab eo ponte ganacum usq; (aduersum flumen aurigere) fierent, eorum dimidium diuo Volusiano contulit. Quæ uero ab illo ad dargetum pontem construerentur, eiusdem diui omnino esse uoluit. Ad hæc fructuum cadarceti, baulonisq; ad fontem usq; comitalem, Decimam partem eidem donauit. styarum serrarumq; Castellum, sauiniacumq; pagum, decimas insuper primitiasq; Serrenses ac Labarrenses. Arcemq; labarram quatenus ab ausano Riuulo ad aurigeram protenditur. Ea arx modò nusquàm apparet, est tamen locus angustis admodum faucibus, nemoribus obsitus. Cui ab una parte rupes imminet, altera uero Riuulus imo ac præcipiti loco cernitur. ubi unus aut alter uiginti eoue āplius armatis obsisteret, eosq; itinere facile prohiberet. Locus quondā inuius periculosusq;, Adeò ut

Donatio diuo Volusiano facta.

Arx quā uulgo paßū labarræ dicunt.

olim latronũ uis ingens (quæ illic clã agebat) multã pretereũtium stragem quotidie æderet, aut certe bonis quæ secũ deferebant spoliaret. Donec magistratuum diligẽtia huic malo occursum est: obuiamq́; itum, crassatoribus captis: subindeq́; diuerso mortis genere enectis. Quippe alij in crucem media uia efferebãtur, Alij concisis membris diri supplicij exemplum spectaculumq́; præbebant. ut alijs terrori posthac forent, tutumq́; esset euntibus iter, nulliq́; exinde insidias pararent. Deinde uero anno christianæ salutis quinquagesimo primo supra undecies centesimum Rogerius Ceciliam Raymundi Barchinonensis comitis filiam duxit uxorem. qui tametsi propinquiori consanguinitatis gradu se inuicem attinerent, Eugenij tamen summi pontificis diplomate concessum est, ut impune matrimoniũ esset, nuptiæq́; semel initæ ratæ firmæq́; factæ sunt. Quidam authores tradunt hanc Ceciliam Raymundi Biterrensis uicecomitis (cognomẽto trinquabelli) fuisse filiam. quæ Rogerio de Raymundi Barchinonensis eius cõsanguinei assensu nubsisset. Vtcunq́; tamen sit, cõstat dotis nomine à Raymũdo Ceciliæ patre, undecim solidorum molgarensium millia Rogerio eius uiro numerata, ac pleraq́; alia attributa: uidelicet cinctæ gabellæ oppidum, Castellum montis alti haud procul ab Appamia, bolboneũ nemus, Ausanumq́; agrũ ad aurigeram usq́;. Ac subinde illo ipso anno ex eo matrimonio natus est filius quem parentes de suo nomine Raymundum Rogerium dixere. Anno autem sequenti Gothofredus Normaniæ dux: comesq́; andegabensis: atq́; Henricus eius filius regem Ludouicum adiere, obnixè orãtes uti aduersus Stephanum Bononiæ comitem iniustum comitatus possessorem (quandoquidem ad mathildam Gothofredi uxorem iure pertinebat) auxilium ferret, remq́; iuberet restitui. Quibus rex facile annuit, iußitq́; Rogerium Fuxi comitem confestim accersi,

Cecilia Rogerij uxor.

Qui mox ut certior factus est, cũ duobus peditũ millibus: equitum uero maximo numero ad regem proficiſcitur. Vbi aũt duces conuenere, normanniam cum ingentibus copijs ſimul contendunt: atq́; Stephanum (multa armatorum millia aduerſus eorum uim habentem) haud longo poſt tempore fundunt. Quem etiam (ut alios eius milites interemiſſent) ni ſe propere ab eorum conſpectu proripuiſſet. Eo igitur in fugam uerſo, deletisq́; copijs, caſtellis oppidisq́; normanniæ tutò potiuntur. Tumq́; Ludouicus rex Henricum de Gothofredi patris aſſenſu (qui iam ſenio confectus erat) in ducatum reſtituit. in cuius quidem rei gratiam ille quædam oppida: caſtellaq́; regi Ludouico dedit. Eiq́; totius ducatus nomine fidelitatem preſtitit, atq́; in eius uerba iurauit. Rogerio uero (in eorum militum ſtipendia quos ſecum ductarat) tria mutonum aureorum millia obtulit. At is ingenuum liberalemq́; animum pre ſe ferens non modo ea non accepit, quin etiam multis uerbis regi Ludouico, Henricoq́; duci: atq́; alijs principibus proniorem animum teſtatus, ſe ſuaq́; illis offert, ſuamq́; operam omnibus in rebus pollicetur. ac tandem cum ſuis copijs in patriam reuertitur. Vbi ab uxore: liberis: ſubditisq́; omnibus: ſumma cum lætitia honorificentiſſimeq́; exceptus eſt. Poſtea uero quàm ſeptuageſimum ætatis annum Rogerius exegiſſet, Tresq́; ac quadraginta annos comitatum adminiſtraſſet, uita functus eſt.

Fidelitas regi ludouico à normanniæ duce preſtita.

Mors Rogerij.

De Raymundo Rogerio quinto Fuxi Comite.

RAymũdus Rogerius defuncto patre in eius locũ ſufficit, quũ annum ageret trigeſimũ ſeptimũ, Fœderico ænobarbo Imperatore, Philippoq́; auguſto galliæ rege Is ab ineũte ætate honeſtiſſimis fuit ĩbutus diſciplinis. Hisq́; preſertim q̃ ad decus ornamẽtũq́; prĩcipis maximè pertinẽt q̃ res maximã gloriã ei peperit,

Philippa Raymūdi Rogerij uxor.

summumq; cōciliauit decorem. Porro altero anno postquàm comes esset, pulcherrimam honestissimamq; uirginem nomine Philippam duxit uxorem, ex qua eodem anno filium suscepit Rogerium Bernardum nomine cognomento magnum. ac deinde exacto altero anno filiam. (cui Sclarmundæ nomen fuit) Per idem ferme tempus Saladinus omnium turcorum fortissimus Syriam ægiptumq; suæ fecerat ditionis, Guydonemq; luscinianū ex pictauorū gente (cui Sybilla Balduini septimi Hierosolymorum regis soror nubserat eiusq; causa regnum obtinuerat) multis afficiebat incommodis. Siquidem castris ad ptolemaidem positis cū templarijs (qui inibi præsidio erant) semel atq; iterum cōflixit, multis christiani nominis eo prælio interemptis. Deinde uero omissa Ptolemaide in tyberiadem excercitū uertit, quò quum Guydo cum tēplarijs alijsq; christianis militibus uenisset, ac castra castris cōtulisset, manuq; tandem consertum fuisset, christiani inferiores abiere. maximaq; eorum pars aut capta: aut cæsa fuit. Qua parta uictoria insolentior ad acconem properat, quam celerius opinione in deditionem accepit: indeq; profectus berytum, byblū, multaq; alia oppida mari proxima occupat, tandemq; in Hierosolymam (quæ tum à christianis quasi longissima possessione tenebatur) castra mouet. quam ui magna adortus, arietibus: alijsq; tormētorum generibus quassans, in deditionem cogit. Anno post christi aduentum octogesimo sexto supra undecies centesimum, & ab eo quo primùm à Gothofredo capta est octauo & octogesimo. Quibus cladibus acceptis quum nūciatum esset Saladinum Antiochiæ etiam imminere, Vrbanus primùm, mox Gregorius octauus, ac postremo Clemēs tertius pontifices christianos duces literis sollicitant: ut rebus afflictis succurrant, dentq; operam Hierosolymæ recuperēdæ. Igitur nuncio accepto haud differendum rati Fœdericus Imperator,

Guydo luscinianus rex hierusalē.

Saladinus sultanus.

Philippus Galliæ & Richardus Britaniæ reges inito simul fœde-re in turcos proficisci constituũt. Itaq; Philippus strenuos quosq; galliæ duces imprimisq; Raymundum Rogerium (cuius fides inuictumq; robur iam antea multis in rebus spectatum fuerat) literis nuncijsq; sollicitat, illeq; impiger statim regis iussa facessit: Atq; ad bellum necessaria maturrime cõparat, eoq; libentius quòd huic bello interesse è re christiana maximè esse arbitrabatur: maximoq; dignum piaculo qui tam iustum bellum detrectaret. Quocirca necessarijs rebus instructus ad regem properat, cuius aduentus cum omnibus alijs tum regi Philippo pergratus fuit. Siquidem, preterquàm quòd sex hominum millia secum ductabat, magnam etiam auri argentiq; uim ad id bellum deferebat. Quæ res omniũ animos maxima admiratione tenuit, mirabantur enim qua ratione tam breui tempore Raymundi Rogerij facultates creuissent, undeq; tot armatorum millia (pro rei familiaris exiguitate) colligere potuisset. Quũ tamen is omnia exacta diligentia ac parsimonia parauisset. Processit igitur in Syriam Philippus cũ Anglo rege per mare inferum, inq; Cyprum suborta tempestate delatus est, quam (quum ab insulanis portu prohiberetur) Raymundo Rogerio eiusq; militibus depopulandam concessit. Hincq; digressus ad acconem profectus est, quã Guydo luscinianus totis uiribus oppugnabat. Accessu igitur duorum regum christiani animosiores multo facti bellum redintegrant, acconemq; obsidione (quæ iam biennium eoue amplius durauerat) importunius premunt. At in ea Raymundus Rogerius quum multa alia tum etiam id ægit, quo posteris æternum decus pareret. Nempe quum quidam è turcorum gente miles gloriabũdus: proceræ admodum staturæ: despicatui christianos haberet, Ac nimium fidens armis (quæ tum pulcherrima induerat) christianos ad singulare certamen prouocaret,

Cyprus à Raymũdo rogerio depopulatur.

haud quidem tulit Raymundus Rogerius quin protinus assumptis armis Philippum orat ut in Turcum ire liceat, paratumq; se ait morti pro christiana religione deuouere. Cui tandem rex annuit, tametsi ægere ferret hunc dubio certamini exponere, cuius opera christiano nomini pernecessaria foret: Quo de etiam in futurum multa speraret. His igitur in campum emißis (multa utrinq; spectante caterua) ingens fit pugna, siquidem turcus quàm maximo potest impetu in Fuxensem irruit, ac mox in eum toto conatu telum intorquet. At ille sublato in altum clipeo ictum impigrè excipit, ac subinde hasta (quam dextra gerebat) eius pectus haurit, atq; anima priuat. Quo occiso ex templo christiani milites Raymundum Rogerium lætis acclamationibus excipiunt, pulchrumq; laudant facinus, atq; in cœlum efferunt. At is non mihi hanc laudem (inquit) commilitones adscribite, sed deo optimo maximo cui qcquid boni agimus acceptum ferre debemus. Qui nanq; fieri potuisset ut ego hanc gyganteam molem superassem, Ni diuinum numen affuisset: remq; iuuisset christianam? Quamobrem sic habetote, ut quemadmodum ego hunc hominem (uel potius beluam) de se multa predicantem inanibusq; uerbis nostræ fidei plurimum detrahentem: paruo negotio superaui, sic de reliquis sperare debemus. Eya igitur erigite animos, neque uos res ulla moretur quin Hierosolymam (quam Saladinus nuper è christianorum manibus eripuit suiq; iuris fecit) propediem repetamus. Ad nos enim optimo iure pertinet. Quinetiam nostri maiores illam multis laboribus ac periculis acquisierunt: acquisitamq; longißimo temporis spatio detinuerunt. Itaq; uerendum est hostes fidei tandiu in nostrarum rerum possessione esse sinere. Proinde uictoria ferè in manu est, si fortißimos uiros (quibus noster excercitus abundat) innumeramq; equitum peditumq; multitudinem nullis cõmeatibus:

Turci Raymũdiq; Rogerij singulare certamẽ.

Adhortatio Raymũdi Rogerij ad christianos milites.

nul'oq;

nulloq; belli apparatu egētē spectare libeat. Quid igitur stamus? cur non arma capimus? Quid non subitò in hostes toto impetu ferimur? Quid non urbes, oppida, uillas, pagos ferro igniq; consumimus? agrosq; excursionibus uastamus? His dictis ob pulcherrima belli adhortamenta: laudisq; detrectationem: ab omnibus magis ac magis commendatus est. Paucisq; post diebus, ptolemais siue accon christianis deditur. Et iam Saladinus de dedenda etiam Hierosolyma cogitabat: Quum inter Philippum Richardumq; ob principatus æmulationem dissensio orta est. Vtroq; summam belli sibi dari cupiente. Itaq; ea res illius animum auertit. Quò deinde euenit ut Syria Philippus cum aliquot militibus decederet. Quæ res longè maximum rei christianæ detrimentum attulit. Siquidem Philippus Eudoni Burgūdiæ duci summa totius excercitus (quem illic reliquerat) demandata cum strenuioribus, nobilioribusq; suæ gentis parisios contendit. quorum è numero Raymundus Rogerius erat, qui inuitus ferè regem sequebatur. Nanq; maluisset Syriæ in armis esse, summoq; cum periculo inibi uersari, quàm rem deserere christianam quàm etiam re (quam animo conceperat) infecta in patriam reuerti. In quam rediēs ab uxore, liberis, subditisq; omnibus summa cum lætitia: honorificentissimèq; exceptus est. Tum deinde Raymūdus Rogerius Sclarmundam filiam, procurante maximè eius fratre Rogerio Bernardo, Iacobo maioris balearium insulæ regi, cum centum quinquaginta millibus solidorum molgarensium nuptui dedit. Proindeanno millesimo ducentesimo nono, Bernardus conuenarum comes Raymundo Rogerio ob uoluestrem agrū (quem ab eodem uti supra diximus obtinebat fidelitatem (quam homagium uulgo appellant) prestitit. Exeoq; cæteri conuenarum comites eius agri causa Fuxenses comites superiores (mancipi iure) agnoscunt, inq; eorū uerba iurare tenen-

Sclarmūda raymūdi Rogerij filia. Iacobo maioricæ regi nubsit.

tur. Porro eodem ferme tempore Aragoniæ rex Raymundo ro-
gerio ſuo perneceſſario, ob preclara facinora quæ & Syriæ &
alijs locis ædiderat, obq́; preſtita ei multis in rebus obſequia, co-
gnitamq́; fidem, uicecomitatus Narbonæ donationem, quam Dōpe
trus Aragoniæ rex eidem iampridem fecerat, ratam firmamq́; ha-
(Doneſanum.) buit. Ac præterea Doneſanum uicecomitatum, iugo montium Py
ræneorum prope citeriorem Hiſpaniam ſitum, Agrumq́; fenolli-
adenſem ac pertuſanum, multaq́; alia eidem donauit. ea tamen con-
ditione ut ſi is ſine liberis decederet donata ad regem reuerteren-
tur. Eodem ferme tempore Almericus uir ſanè doctus ſed impius,
(Almericus hæreticus.) lutetiæ hæreſis damnatus eſt, quòd ideas in mente diuina creari
poſſe diceret. quum tamen in ea æterna omnia immutabiliaq́; ſint.
Quòdq́; in charitate (uirtutũ omnium maxima) conſtitutis nul-
lum poſſe adſcribi peccatum: atq́; à deo angelòs nihilo differre
affirmaret. Eiq́; tum adherebat opinioni Tholoſatũ Albienſiumq́;
bona pars. Quæ (ni illi diligentiſsimè occurſum eſſet) mentibus
eorũ diutius inſediſſet, radicesq́; altius ægiſſet. Etenim Innocen-
(Diuus dominicus.) tius tertius pōtifex maximus, Dominicum calaguritanum, uirum
doctrina ac ſanctitate præclarum: dominicani ordinis authorem,
Guillelmũq́; Bituricenſem epiſcopum, Tholoſam ammandauit, qui
has hæreſes de medio tollerent: ac quauis ratione impietatem per-
ſequerentur. Subinde quum annus chriſtianæ ſalutis alter à uige-
(Mirapiſcenſis caſtri uenditio comiti Fuxēſi facta.) ſimo ſupra duodecies cēteſimum ageretur, Rogerius Mirapiſcē-
ſis dominus: atq́; Yſarnus eius filius Raymũdo Rogerio caſtrum
Mirapiſcenſe uendiderant. Eiusq́; cauſa fidelitatem illi (barbari
homagium appellant) quotannis preſtare tenebantur. Quod tamen
quum denegaſſent Raymundus Rogerius collectis copijs caſtrum
fortiter inuadit. At Rogerius Yſarnusq́; obſidione preſsi de de-
ditione cogitarunt. Tumq́; data acceptaq́; fide cum eo collocuti, id

ægerunt, ut Fuxensis obsidionem solueret, ipsi autem solitam fidem atq; homagium prestarent, solenniq; iureiurando promitterent nunquàm se ab eo postea defecturos. Quibus rebus confectis Raymundus Rogerius Anno sequenti morbo (quem Mirapiscensi obsidione cõtraxerat) interijt. posteaquàm quinq; ac triginta annos comitatum administrasset.

Mors raymundi rogerij.

De Rogerio Bernardo cognomento magno sexto Fuxi Comite.

Vita functo patri succeßit Rogerius Bernardus cognomine magnus, cui admodum adolescenti Brunixendis unica Castribonensis (citerioris Hispaniæ) Comitis filia matrimonio datur. Atq; eius causa Castribonensis uicecomitatus in dotem cedit. Ex qua tres suscepit liberos, unum uirilis stirpis (cui Rogerio nomen) Reliqui muliebris sexus erant, Sclarmunda scilicet: atq; Cecilia. Hanc Vrgellensi (citerioris Hispaniæ) comiti, cum uigintiquinq; solidorum molgarensium millibus matrimonio locat. Illam uero Cardonæ comiti, Nunc ducalis est dignitas. Multum redditus ex sale habens, qui ex quodam monte regionis prouenit. Totus enim ipse sal est. Qui quanquàm aßidua fossorum opera excauetur, nihilo tamen imminuitur. ut pote scrobibus haud multo post (quasi quodam miraculo) rursum oppletis: salisq; tantundem sufficientibus. Rogerius autem Rogerij Bernardi filius, Brunixendem predicti Cardonæ comitis filiam uxorem duxit. cui primo connubij anno natus est infans, cui Rogerio Bernardo (sicuti auo) nomen fuit. Eodem fermè tempore hereses adeò proserpserant his potißimùm oris, Narbonensi, Carcassonensi, Tholosana, Albiensi, Caturcensi, Bigerionensiq;, ut uix hominũ ope

Brunixẽdis Rogerij Bernardi cõiux.

Sal cardonẽsis.

ra tolli posse uiderentur. Quibus Raymūdus Tholosatum comes ualde infectus erat. Quas ut abiuraret, sæpius ab Innocētio pontifice maximo literis: nuncijsq; tentatum est. At uero ut operam perdere se intellexit, legatum misit, qui eum anathemate feriret. Qui quum asperè nimium contumelioseq; cum eo ageret, interfici iussus est. Quod egrè ferens Innocentius, post Paulum Lateranense concilium indixit. ubi cum de multis alijs rebus, tum de exigendis hereticis: Deq; in Raymundum Tholosatem (ob heresim occisumq; contra ius gentium legatum) animaduertendo decretum fuit. Quod resciens Raymundus, reputansq; secum quàm malè ob occisum legatum ei succedere posset, Vtq; ascito socio aduersus hostium uim potentior tutiorq; foret, Rogerium Bernardum adit, multa apud eum conquerens, simulq; edocens quid utrique immineret, quum pares eosdemq; haberent hostes: fortitudinis æmulos cuius magna apud omnes esset opinio. se autem, si unà foedus ineant, & terrori & incommodo cæteris Galliæ principibus procul dubio esse posse. cum ob bellicarum rerū peritiam: Tum etiam quòd tutißimū montibus Pyreneis perfugiū habeant, unde hostes (si illuc forte aduētarint) paucorū numero: facilèq; propellantur. Eum igit orat, atq; uehementer obtestatur, ut (quoniā summi pontificis simul ac Galliæ regis irā summopere uereatur) quum opus fuerit suppetias ferat. Neq; sinat & amicū & uicinum damno iniuriaue affici, presertim quum utriusq; causa par cōmunisq; uideatur. Quòq; magis ad id Fuxensis propensior redderetur, has illi arces, pelliēsem, Castrouerdunam, Delqueriam, Rauatensem, Alseniam, ac quicquid iuris haberet in agro Bernardi amiellij paliarensis donauit. Prætereaq; si Trinquabellum Biterrensem Vicecomitem (cuius pauloante meminimus) sine liberis mori contingeret, Quæ Carcassonensi, Biterrensiq; oris ille obtineret, in eundem (nihilo retēto) transtulit, At is acceptorum beneficiorū haud

Rauatensis arx.

quidem immemor, conscius etiam collatæ iam olim à Raymundi maioribus dignitatis, cuius nomine Fuxenses comites fidelitatem illis prestare solerent: quam etiam ipse deberet. Fide data promisit, se eum totis uiribus: ac qua posset facultate iuuaturum: inq; mortem (quum opus fuerit) extremaq; pericula pro ipso iturum: nihilq; eius causa non facturum. Interea uero aliquot Galliæ principes in hereticos (uti concilio decretum erat) excercitum rege iubente mouent, primumq; oræ Biterrensi appellunt, cuius incolas sexaginta mille: nullo sexus aut ætatis discrimine habito interimunt. Ac deinde Carcassonam aduentant, obsidioneq; cingunt, Cuius ciues posteaquàm sese dederunt, foras exire iussi sunt, nudis omnino membris. Comes autem Trinquabellus haud ita quidẽ morte nanq; mulctatus est. Quibus rebus confectis principes Raymundũ Tholosatem quem armis subigere minimè potuerant, comitatu abdicant. Symoniq; Monfortensi (cui summa totius belli, curaq; exigendorum hereticorum demandata fuerat) attribuunt. At Raymũdus id grauiter: iniquoq; animo ferẽs, haud cunctandũ ratus, quàm maximis potest itineribus ad regẽ Aragoniæ (cuius ipse sororem Elionorã mortua prius altera coniuge Ioanna nomine, Richardi regis Britaniæ sorore) duxerat, cũ Rogerio Bernardo Fuxensi properat. Apud quem quum multa alia: tum id imprimis cõqueritur se, à maximo põtifice anathemate concussũ, bonisq; priuatũ omnibus. Quæ deinde Symoni Monfortensi addicata essent. Idq; inuidia factum potiusquàm iusta de causa. Quoq; magis regis animũ ad iram uindictãq; promoueret, Affirmat Galliæ regẽ pontificemq; iustã (ut uidebat) heresis causam pretendisse, cũ magis odio affinitatis cũ eo cõtractæ mouerent, egrèq; ferrẽt, primũ angliæ: Dein Aragoniæ cõnubia petijsse, galliæq; oĩno spreuisse, ut pote cui iã antea quàmplures matrimonij cõditiones à rege, alijsq;

Galliæ principibus oblatæ fuissent. Eamq; ob rem ingens odium conceptum, Remq; eorum menti repostam iandudum stare. Quocirca Aragonum regem obnixe orat, ut rebus miseris perditisq; succurrat, eorumq; misereatur, qui ab hostibus indignè tractentur, quiq; uelut exules in exteras mittantur prouincias. Regisq; (presertim affinis) esse ostendit, illorum compati qui ui suis rebus: possessionibusq; pellerentur. eosq; unicum ac securum aduersum tyrannos perfugium esse. Quod si non faciat, edocet quanta futura sint incommoda, Quantumq; dedecori adscribatur, Regem pro sorore, pro consanguineis, pro fortibus ac strenuis uiris, proq; his qui ei semper obsequio auxilioq; fuerint, aduersum impios facinorososq; homines minime arma parare. Idq; facile factu probat: quòd Symon omnibus ferè Aquitaniæ occitaniæq; hæroibus odio fuerit. quòdq; illi perexigue essent facultates ac copiæ, Tametsi à Galliæ rege propediem maiores suffici sperarentur. Proinde Rogerium Bernardum ostendit (coram enim aderat) atq; unum esse ait, cui ipse maximè fideret, cuius etiam uirtus apud omnes spectata fuisset. Cuiusq; per agrum omnium rerum fertilem, ex Pyreneis montibus in urbem Tholosam facilis esset transitus. Quibus permotus rex, spōdet hanc iniuriam ultum iri, neq; passurum, ut soror: eiusq; uir Raymundus crudeliter de possessione deiecti, ueluti exules paßim errarent: atq; ab omnibus ludibrio haberentur. Igitur principibus Aragoniæ ad se euocatis, ingentiq; militum numero comparato, Alijsq; rebus ad bellum necessarijs, quàm maximis potest itineribus Murellum contendit, oppidum prope Tholosam, ubi multos milites Symon Monfortensis præsidio collocauerat. Igitur Aragonius illud obsidet, ac quā maxima potest ui oppugnat. sed illi fortiter resistunt, loco enim fortißimo omnibusq; rebus munitißimo continebant, quod animad-

Murellū.

uertens Monfortensis, haud cunctandum ratus paucorum militum numerum extra oppidum educit, cum hostibus manum conserturus, Cuius aduentu cognito rex aciem instruit, ac primo ordine Rogerium Bernardum (uirum utiq; strenuum) collocat. fit pugna ingens. Symon ubi Rogerium Bernardum primum ductantem agmen conspexit, Totis uiribus in eum incurrit. At ille impiger sese telo atq; armis defendit, ac Paulum retro, illum cedere coegit, inflicto in facie uulnere, Tanta erat in eo pugnandi dexteritas, quem etiam interemisset, ni eo derelicto in alios arma uertisset. At postquàm diu pugnatū est, uersa est in fugā Regis acies. Credoq; id factū celitus, quòd Symoni iustior belli causa fuisset, quòd is pro fide semper in armis stare consuesset, quòdq; ea cura à pontifice ac rege ei precipuè demandata fuisset. Eo prelio Aragoniæ rex fortissime pugnans interijt, interiere etiam alij innumeri ex Hispanis ducibus, Ilerdensis, Cardonensis, ac Paleacensis comites. Neq; sine miraculo factum esse arbitror, ut cētum militum millia (quæ habuisse Aragonius creditur) à septingentis peditibus, duobusq; ac sexaginta Symonis equitibus, fusa fugataq; fuerint. utq; ex regis militibus quindecim millia eòq; amplius desiderata inuenirentur, nullo ex Symònis excercitu interempto. Vtcunq; tamen sese res habeat, constat Rogeriū Bernardum conspecta suorum militum fuga (quid enim solus egisset) occisoq; rege, Fuxum quàm maximis itineribus contendisse, seq; intra munitissimam Fuxi arcem continuisse, aduersum Symonis uictoris uim, quem sciebat minime quidem quieturum, donec Raymundum Tholosatem: eiusq; amicos tota exegisset Gallia. Igitur Symon parta uictoria factus animosior, refectis parum militibus quos belli labor attriuerat, Rogeriū Bernardū insequitur, arcemq; Fuxensem quàm maximis potest uiribus oppugnat. Ille uero maxima

Mors regis Aragoniæ ad Murellū.

etiam ui resistit, adeoq; ut longa obsidione fessus Monfortensis Illinc abierit. Igitur soluta obsidione, ira ac dolore percitus ꝙ nihil ei diuturna mora profecisset, frustraq; rem fuisset molitus, quàm plurima edificia Fuxensis oræ diruit. Interea uero dum Symon arcem Mommoyam (quæ tum colli ad gaudium montem insidebat) miris extructam operibus solo æquaret. Rogerius Bernardus (qui id fieri è procera turri prospiciebat) cum aliquot armatis militibus exit, ac ueluti excursionibus Symonis excercitum premere cepìt. Quũ autem fugatis aliquot militibus (ad uarilliense oppidum) In arcem rediret, Symonis fratrem (cui haud exigua militum manus erat) circumarua atq; agros uastantem forte offendit. quem, cum utrinq; diu pugnatum fuisset, occidit. Neq; unum ex his militibus, quos ille secum eduxerat, reliquũ fecit. Interea uero. Quũ intra Fuxi arcem se Rogerius Bernardus recepisset, maioremq; cogere uellet excercitum, cogitaretq; de Symonis copijs funditus Delendis, Ille Narbonam properat: eamq; multis afficit cladibus. Aßiduis excursionibus oppida, ac circum omnia uastans. Sed nihilo segnior Rogerius cum delectis militibus illum insequitur, atq; ei nimio plus ferociẽti: multaq; onusto preda: ad lesignianum occurrit. Ille uero quum preter omniũ opinionem tam cito illuc aduolasse, & cũ maximo excercitu Rogeriũ uenisse cerneret, ueritus etiam ne illius aduentus extremũ sibi uite finem excercituiq; afferret. (Quippe iã multis prelijs expertus erat quid uirium haberet Rogerius Bernardus: quantaq; in eo esset rei militaris scientia) dispersos milites subitò colligit, edicitq; ne quis iniussu eius à signis procul discedat, esse enim opus maxima prouidentia, ne incautos Rogerius Bernardus (quem prope adesse audierat) opprimeret. subitumq; rei administrãde (ut par erat) capit cõsilium. Itaq; dispositis militibus Rogerium prestolatur, atq; sibi

Arx mõmoya.

Symonis Monfortensis frater à Rogerio bernardo occisus.

Rogerius Bernardus Symoni ad lesiguianũ occurrit.

nimium diffidens expectat, quid fortuna tandem aduersi inijciat. Rogerius moræ impatiens atq; iniuriam totis uiribus cupiens ulcisci (si quidem regem occisum, Raymundum Tholosatem suis pulsum finibus, ac se etiã multis incommodis affectum reminiscebatur) in Symonem agmẽ confestim educit. atq; ut strenuè rem gerãt milites adhortatur, ipseq; primus telo in hostes cõtorto edocet, qd militibus faciundum eßet, quoq; animo manus cum hostibus cõserendæ. Igitur peruium quẽq; furibundo uelut animo impetit. alios sauciat: alios interimit. nihiloq; segnius Symon hostem ferocientem cum integra militum manu adoritur, paulumq; subsistere cogit, tumq; nihil uterq; tantopere affectat quã simul congredi, ac singulari certamine experiri, cuiusnam uires magis probarẽtur. sed nox præliũ diremit. Postero autẽ die ubi primũ illuxit, bellum redintegrant, eductisq; utrinq; copijs fit ingens pugna, neq; cum ad meridiem ferme pugnatũ eßet, facile dignosci potuit, utri ceßisset uictoria. Hinc enim atq; illic occisorum par erat numerus, captiuorũq; multitudine haud quidem alterum alter duobus superabat. quod animaduertẽs Fuxensis, quia etiam literis ad se datis acceperat nouas legiones Symonem expectare, mißisq; a rege militibus illius excercitum breui auctum iri, Fuxum redire cõstituit. Itaq; paucis diebus itinere confecto eò peruenit, atq; se intra Lordatense Castellum natura loci munitum maximo cum præsidio recepit. Interea uero cum Monfortensis nihilo quietior factus Carcaßonam, Biterras, bonamq; prouinciæ partem, atq; permulta alia loca heresibus infecta bello quateret. Raymundus Tolosæ Comes (qui ad Hispaniam post cladem murelli acceptã conceßerat) Tolosates literis sollicitat, ut a Symone uiolẽto poßeßore ad se (ad quẽ optimo iure comitatus pertineat) deficiant, futurũq; se illis & præsidio & libertati spondet, neq; poße fieri ait, ut quãdiu Symonis

Dubia uictoria.

ditioni pareãt, in solitã libertatẽ, qua se imperãte semp usi fuissent reponantur, sed p tyrãni uolũtate ac libidine semp in seruitute pe mansuros. Quocirca orat ut cogitent, quanto melior seruitute libertas. q̃toq; dulcius sub naturali domino: quã sub Asciticio tyrãno uiuere. Ad hæc subiungit se hispanorum multitudine abundare, qui uehemẽter cupiant regis apud murellum interitum uindicare. seq; plurimum habere commeatus ad bellum necessarij. Insuper strenuissimum Fuxi Comitem (cuius opera toties adiutus fuisset, symonisq; protritus excercitus) auxilio futurum. His atq; alijs permoti Tolosates clam literis ad eum datis pollicentur, se nunq̃ ei defuturos, grauiterq; se ferre aiunt q̃ ipse extorris pcul agat, suaq; ab alijs iniustè possideant. Quãobrẽ cõmuni oĩm cõsilio ual deplacere, ut cum excercitu q̃primum adsit, seq; illi & urbem & omnia extemplo dedituros, idq; facile factu esse, quòd symon ab urbe procul agat. Quimobrem orant ne occasionem rei tam benegerendæ omittat, quum constet moram interdum esse damno atq; periculo. Perlectis literis atq; Fuxẽsi (qui tum illic erat) ostẽsis ab eodem increpatur, quid tam differat, quamue rẽ adhuc expectet. Igit pato excercitu, magnis itineribus die noctuq; cõfectis, Tolosam aduentat. quò Garũna flumine nõ põte sed uado trãsito scientibus ciuibus ĩgredit. At uero symonis filius, quẽ pater Tolosæ cũ aliquot militibus præsidio reliquerat, è Narbonẽsi Castello in hostes, qui iã ferè urbẽ inuaserant, irrũpit. sed illũ Fuxensis cũ ingenti ac ualida militũ manu in arcẽ ppulit. Qui exinde cum animaduerteret se parũ uiriũ habere, ut tot militibus quot urbem ingressi fuissent resisteret, rẽ ad patrẽ p literas defert, certioreq; facit, Vt Raymundus Fuxensisq; cũ innumeris & Galliæ: & Hispaniæ militibus: urbem uolentibus ciuibus (ut ipse compertum habebat) de improuiso noctuq; ingressi fuissent. Remq; maximo esse

ſe in periculo demonſtrat, ni ſublata mora ipſe cum excercitu adſit. Se uero interea arcem Narbonēſem, quæ quotid e à Fuxenſi tormentis impeteretur, omni diligentia tuiturum. ſymon accepto nūcio haud cunctandum ratus, confeſtim in Toloſam caſtra mouet, quò ubi appulit uineis actis factaq; teſtudine muros conſcendere parabat. Quū ui maxīa ab his qui in muris ꝓpugnaculisq; ſtabāt reſiſtit. A qbus etiā in muros euadere cupiētes telis ac lapidibus in uallū detrudunt. At cū uarijs hincinde pugnis atq; excurſiōibus alterutrinq; ſeſe laceſſiſſet: totāq; hyemē fruſtra illic cōſumpſiſſet Mōfortēſis cōſiliū cœpit ingēti erecta machina totis uiribus hoſtē aggredi cui rei quū dat operā, ictu catapultæ ex urbe feritur quo uulnere haud multo poſt interijt. Cuius mors ingēs gaudiū Toloſatibus: alijsq; militibus attulit, ac ſimul finē belli fecit. Quo mortuo Rogerius Bernardus (cui ſumma totius belli demandata fuerat) Narbonēſe caſtellū oppugnat: in quo tum ſymonis filius inerat, qui abiecta reſiſtēdi oīno ſpe, pollicet ſe qcqd ille īperaret facturū, præſidioq; abiturū, modo ei uita ſalua fieret. Quo īpetrato ſine periculo exijt, militeſq; qui ex eo prælio ſuperfuerāt ſecum Carcaſſonā deduxit. Accepto deinde Monfortenſis obitu, rex ira ꝑcitus Ludouico ſymonis filio mādat, ut cōparato excercitu (mortē patris ulturus) Toloſam ꝓficiſcat. Cui ille haud qdē grauatē paret. Verùm marmatenſi alijſq; oppidis in itinere captis, quū etiā Toloſæ inſtaret, magnis ei uiribus obſiſtitur, adeò ut poſt longā obſidionem ſe fruſtra moliri cernens, ad regem cum copijs redierit. Tum uerò Raymundus animaduertens in regem parum uiriū habere, ſeq; ei longè imparem eſſe, literis nuncijſq; agit, ut ſi quæ bello capta eſſent reſtituerentur, ipſe hereſim (qua infectus putabatur) abiuraret, ac chriſtianæ religioni reconciliaretur. Quod ubi accepit rex, id in concilium Pariſijs habitum retulit. Ac dein Ho

Mors Symonis mōfortenſis.

norio pontifici maximo literas scribit, quibus Raymundi Tolosatis uoluntatem explicet, simulq; oret, ut legatum ad hanc rem in galliam mittat. Cui annuens pontifex Conradino supremi ordinis antistiti id negotij demandat. Qui deinde Raymundum Tolosatem (soluto prius anathematis nodo quo uinctus erat) solẽnibus adhibitis Christianissimo restituit. Sunt tamen authores qui affirment, aliquot galliæ principes in Raymundum Tolosatem Rogeriumq; Bernardum Fuxensem conspirasse, hisq; bellum intulisse, haud quidem ob heresim (cuius insimulabantur) uerum ob uirtutẽ animi: preclaraq; facinora, quæ æmulationem inuidiamq; frequenter parere solẽt. Quódq; illi reliquos nihili facerent, nulliq; cedere uellent. Ideoq; precipuam curam Symoni demandatam, illis heresis pretextu bellum inferendi. quò eorum audacia retunderetur. Idq; deinde Romano pontifici (ut erat) comprobatum ualde displicuisse, permisisseq; Raymundo Tolosati, ac Rogerio Bernardo: ut bona amissa qu[illegible] possent occasione repeterent. Vtcunq; tamen sese res habeat, constat eum tandem pontifici regiq; conciliatum, atq; eius filiam Ioannam (quam unicam habebat) Alphonso pictonũ comiti Ludouiciq; regis fratri nubsisse. Tolosanũq; comitatum, quem Monfortensis ac deinde eo mortuo Rex sui iuris fecerat, eidem restitutum. Deinde uero Raymundus cupiens Rogerium Bernardum etiam Christianæ Religioni reconciliari, literas ad eum mittit, quibus hortaretur, ut ad impijs erroribus desisceret: ad fidemq; conuerteretur Quem cum minime audire uellet, ei acerbissimũ bellum à rege illatum est. Tantisper dum illi paruit, fidemq; pro Fuxi comitatu prestare promisit, à qua à Raymũdo iam antea relaxatus fuerat. Porro Raymundus octauo anno postquam regi fideiq; christianæ conciliatus est, Auenioni febre correptus moritur. ubi iam antea Ioanna eius mater Britanniæ re

Raymundus Tolosæ comes Christianissimo restitutus.

Mors Raymundi.

gis filia morbo etiam decubuerat. Quo mortuo Ioanna eius filia pictonũ (ut diximus) comitis uxor Tolosanum comitatum: aliaq; patris bona iusto iure adsequitur. Quæ deinde, quum illa sine liberis moreretur, Ludouico regi (qui in numerum diuorũ relatus est) obuenere. Qui anno sequenti cum maxima omnium lætitia in urbem Tolosam ingreditur, tumq; primùm eam sui iuris fecit, ac deinde posteris habendam per manus tradidit. Igitur Raymundus nouißimus Tolosatũ Comes fuit, quem alij à torsono bißeptẽ Comites precesserant. Quorum equidem historiam libens scribendã suscipere, ni aliò nos uocaret stilus. Igitur Rogerius Bernardus regi pontificiq; tandem conciliatus anathematis uinculo (quo ob hæresim obstrictus fuerat) solui iubetur. Quamobrem illi sancti angeli cardinali eam curam precipuè demandant. Qui extemplo paret, multisq; uiris & morum sanctitate & doctrina conspicuis comitatus, in oram Fuxensem proficiscitur: è quorum numero fuerunt, Petrus Narbonæ Archiepiscopus, Fulco Tolosæ Carcaßonæq; Episcopus. Guillelmusq; Crãtonensis etiam Coserani Episcopus, Petrus Calamesius (quem alij collomedium appellant) authoritate à Cardinali legato secundus, Bernardus gratiensis, Petrus Bolbonensis, Ioannes Cõbelongus, Guillelmusq; Fuxensis Abbates, Matheus insuper Damaliacus prorex, Lambertus Turrẽsis, Guillelmus Leuiensis Franciæ Marescallus. Itaq; hi omnes ad pagum, sancti Ioannis de uirginibus uulgo nuncupatum, haud procul à Fuxensi oppido cõueniunt. Vbi sacro de more facto, alijsq; solẽnibus adhibitis, Rogerius Bernardus turpi anathematis macula emundatur. Tumq; pollicetur se in ecclesiam nihil unquam moliturum, quin ei semper obsequuturum, atq; ad regẽ quàmprimum iturum, ut fidẽ illi pro Fuxi comitatu (ut decebat) exhiberet. Quod ut firmius haberetur, quatuor munitißima Fuxensis oræ castella

Diuus Ludouicus primus ex regibus Tolosæ Comes.

Rogerius Bernardus hæresim abiurat.

Lordatēse scilicet, Mongalliardense, Fuxēse, ac Vicdeßosium regi interea poßidenda dedit. Quam fidē (ut se promißis absolueret) paucis post diebus illi prestitit. In quē etiā rex liberalitatē excercuit, Nēpe annuū mille librarū redditū, ex designato Carcassonēsis oræ agro quotānis colligendū, illi donauit. ut regis Chirographa diplomataq; testantur. Quē redditū postea Fuxēsis maioris baleariū insule regi ī partē dotis sorori (ut supra diximus) constitutæ aßignauit. At symon uersatesta Carcaßonæ præses, cui à rege soluendarū librarū cura demādata fuerat, aliquātiū obstitit: Eoq; nomine res Parisiensi senatu diu cōtrouersa fuit. Itaq; Rogerius Bernardus tū tēporis nihil præter Fuxensem comitatū habebat, quē ipse armis strenuè aduersū hostiū uim defenderat. Cætera autē bona, quæ Carcaßonēsi, Biterrēsi, Cocorbēsi, alijsq; oris obtinebat, heresis pretextu ei adempta erāt, regiq; addicta.

Fidelitas à rogerio bernardo regi Ludouicoprimùm prestita.

Quantū uero ad Mirapiscēsem orā pertinet, cuius domini Fuxensi comiti fidelitatē olim (ut supra diximus) prestare solebant, sciēdū est Guillelmū Leuiensem Franciæ Marescallū (cuius paulo ante meminimus) qui cū symone Monfortēsi cōtra hæreticos uenerat, eā armis deuictam pulsis hæreticis sui iuris fecisse. Cuius nomine Marescalli fidei titulo postea decorari meruit. Qui honos exinde ad alios Leuiensis familiæ hæroes (qui huic nobilißimæ antiquißimæq; domui succeßere) pmeauit. His itaq; pactis Rogerius Bernardus postquā octodecim annos comitatū administraßet, uita functus est. Anno christianæ salutis quadragesimo primo supra duodecies cētesimū. Qui quāquā alias hæresum fautor fuißet, ultimo tamen uitæ spiritu optimū fidelemq; ægit christianum.

Guillelmus leuiēsis Mirapiscēsis dominus.

Mors rogerij Bernardi.

De Rogerio, siue Rodserio, septimo Fuxi Comite.

Mortuo Rogerio Bernardo succeßit Rogerius filius, quẽ aliq eorũ lingua Rodseriũ appellabãt, tersenos uix dũ natus ãnos. Cui iã ab ineũte ætate optimi sunt traditi præceptores, q aĩm eius excolerẽt: optimisq; formarẽt disciplinis. Adeoq; ingenuè educatus est, ut magnũ ipse nobilitatis, ꝓbitatisq; specimẽ pre se ferret. Omni etiã armoꝝ genere se se exercuit, ac multa in bello ædidit facinora, ut ab oĩbus bellicaꝝ rerũ peritia prestãs preclarusq; haberet. Huic Cardonæ comes uiuo adhuc patre (ut supra diximus) Brunixẽdẽ filiã matrimonio copulauerat, quæ ei haud multo post filiũ fœlici partu enixa est cui Rogerio Bernardo nomen. Porro eo anno quo Rogerius comittatũ administrare cæpit, à Lesatensi, Mansazillano, Cũbelongo, ac Bolbonẽsi abbatibus, in parem ac sociũ dominij, quod his locis habebãt, asciscitur. neq; tam ut hoc noĩe gratiã illius demererent, quàm ut aduersus nobilium uim, à quibus sæpius impetebantur, tutiores forent. Per idem tempus arabum gens, ductu Melethsalæ ægipti sultani Hierosolymã occupabat, atq; omnes christiani nominis uiros inibi reptos trucidabat, multoq; maiora foedè ac crudeliter agebat, quum id iniquè ferens Ludouicus rex, in Syriam mouere constituit. Quocirca strenuos Galliæ Duces Principesq; confestim accersi iußit, imprimisq; Rogerium Fuxensem, quem maiorum monumenta, atq; eorundem iam olim in syria preclara facinora admodũ uirtutis admonebant, ad quod item bellum cum multa alia, tum etiam christiani nominis Vlciscẽdi desideriũ adhortabatur. Quamobrẽ cum copijs ad regem proficiscitur, suam illi operam cum in cæteris rebus Tum maximè in eo bello, quod tam iustè suscipiebatur, promittẽs. Cuius animo perspecto, à rege benignè excipitur, laudaturq;, ꝙ tam breui tempore preparatis rebus, ad eum cum bona militum manu maturrime uenißet, ex eo quàm obsequentißimũ ac

Brunixendis Rogerij uxor.

Quorundã Abbatum societas dominij cũ Rogerio facta.

Rogerius seu Rodserius in syriam proficiscitur

dicto parentem dijudicans. In cuius quidem rei gratiam eum decenis militum millibus preficit. Igitur parato excercitu in syriam proficiscuntur. At quia sæuiẽs mare nauibus iter minime permittebat, apud Cyprũ hyemare coguntur. Appetente dein uere heliopolim aduentant, cui castris admotis, magna Rogerij Fuxensis opera, Terrestri prelio barbari funduntur. Isq; primus cum suis copijs urbem ingreditur, non sine tamen sui corporis incommodo, nempe acri sagittæ ictu inter confertissimas hostium turmas suffoditur. Ingentiq; accepto uulnere in terram decidit. quem tamen extemplo milites attollunt, & quanta possunt ui per medios hostes domum, quæ primùm oblata est, deportant. At reliqui milites nihilo segnius urbem ingressi, omnes ad unum barbaros interficiunt. Tutóq; rerũ potiuntur. Rex uero Rogerij Fuxensis incommodo tristior, illum inuisit, iussitq; bono esse animo, neq; rem adeò esse in periculo demonstrat, quin facile paucis diebus, dei optimi maximi primùm deinde medicorũ opera, succurri ualeat. Itaq; milites christiani Melethsalam sequuti, ex heliopoli ad pharmaniã castra promouent. sed eis leuibus commissis prelijs male successit Siquidẽ ex his multi desiderati, multiq; capti sunt. fameq; alij enecti cũ ad eos cõmeatus supportari nequirent. Quũ autem rex obsidione pharmiania soluta heliopolim (quã damiatam nunc uocãt) repeteret, forte fortuna ac deimprouiso in nouas hostium turmas incidit, à quibus superatus, cum Alphonso Pictonum comite, Caroloq; andegauensi fratribus, ac Rogerio Fuxensi capitur. Post uero paulum tẽporis seruitia Melethsalem, quibus nimio plus indulgebat ac sui corporis custodiam permittebat, enecant. Tarquemenioq; conseruo rege creato heliopolim Gallis restituũt, captiuisq; presenti pecunia liberatis ad Ptolemaidem usq; sine ullo periculo comitantur. Tum uero rex Alphonsum Carolumq; fratres in Galliam

Heliopolis nũc damiata appellatur.

liam dimittit, ut undena bizantinorum aureorũ millia (quæ Melethsalæ prius deinde eius occisoribus promiserat) pro se liberando deferrent. Quibus cum Rogerius Fuxensis proficiscitur, atq; demum in patriam cũ ingenti uxoris, natorum, subditorũq; lætitia (duos enim annos iam aberat) reuertitur. Eo tẽpore seditiosum factiosumq; hominum genus pastorelli in Gallia eruperunt, omnibus persuadẽtes, se ideo in unum coijsse ut regi ac christianis (qui à Turcis ac Saracenis in syria opprimebantur) auxilio forent. Sed enim erat eis mens multò diuersa, quippe hoc pretextu omnibus in locis cædes, latrocinia, furta, incendia, raptusq; cõmittebãt quàq; iter facerent predam agebãt, adiungebãtq; sibi tot pastores quot in eorum nomen iurare uellent, multa eis pollicentes inq; prædæ communionem inuitantes. Itaq; paßim grassabantur, atq; omnia circum uastabant, uinctos anathemate soluebant, & si qua matrimonia minus grata forent, relaxabant. Eòq; res tandem deducta est, ut nõ iam pastorum, sed latronum perditorũq; hominũ nomen haberent. Idq; malum lõgius proserpsißet, ni Blanca regis Ludouici parens ei cõmodùm occurrißet. Quæ eos diligenter comprehendi, ac subinde ad unum omnes interfici iußit. Tum uero apud Rogerium è syria reuersum quæritur, Gullelmũ Damanaũ (quidã Darnauaũ legunt) Equitem auratum multa ac maxima damna eo syriæ agente Fuxensi oræ incolisq; intulisse. si quidem agros uastaße, bona diripuisse, Apertamq; uim utriusq; sexus hominibus intulisse uulgo ferebatur. Ad hæc etiam criminis insimulabatur, quod Rogerio, quum se in syriam sequi iußißet, minime paruisset. Quãobrem re benè comperta in exilium mittitur. Eiq; Fuxensis ora perpetuò interdicitur, pœna etiam capitis indicta, si eò unquàm pedem inferre uisus fuißet. Quibus rebus confectis, post paulùm temporis Rogerius non sine maximo Fuxensium do

Pastorelli

Blanca diui Ludouici mater.

Mors Rogerij.

lore uita functus. Anno suæ ætatis trigesimoprimo: administratióq; comitatus quartodecimo.

De Rogerio Bernardo Octauo Fuxi Comite.

HVic successit Rogerius Bernardus filius, uir decentissima corporis forma lõgè insignis ac decorus. quem omnes ob ingenij corporisq; præstantiam: excelsumq; animũ mirabantur, ac iuxta laudabãt. Cui quidem honestissima pulcherrimaq; uirgo Mengarda Narbonensis, nobilissimis orta parentibus nubsit. Ex qua masculum unum (cui Rogerio Bernardo nomen) duasq; filias, Agnetem scilicet ac Philippam suscepit. Hæc Arnaldo Hispaniensi Coserani Vicecomiti, illa uero Squibato Bigerionum Comiti cõnubio datur. Quæ deinde filiam sustulit Martham nomine, quam eius pater Squibatus, cum nubilis esset ætatis, Gastoni Bernensiũ domino matrimonio iunxit. Subidem tempus Ludouicus Galliæ rex, Ex Massilia in Africam aduersum Saracenos exercitũ mouit, quem tres filij admodum adolescentes, Rex item Nauarre: Cãpaniæ Comes, alijq; uiri illustres ac nobiles comitabantur. Rogerius autem Bernardus nequaquam potuit. Quippe graui tũ morbo distinebat. Igitur illi Tunetem urbem obsidione cingunt, proximaq; loca excursionibus uastant, Ad extremũq; tota Africa potiti fuissent, ni lues quæ in castris suborta est, post ignobilẽ uulgi multitudinem etiam regem cum minore natu filio substulisset.

Mẽgarda Rogerij Bernardi uxor.

Arnaldus ab Hispania Coserani Vicecomes.

Gastober nẽsis marthæ squibati filiæ maritus.

Quo mortuo Philippus ibi in locum patris sufficitur. Qui tandem Tunetano Rege in fœdera pacis accepto, conditionibusq; tributi Carolo Sciciliæ regi soluendi, christiq; nominis in Africa liberè prædicandi appositis, obsidionem soluit. Classemq; in Siciliam reducit, ubi Nauarre Rex, alijq; innumeri principes, ui pe-

ſtis decumbunt. Interea uero Hedoardus regis Angliæ filius, in Syria ptolemaidi conſiſtens, Ludouici regis aduentum (ut cōuenerat) expectabat. Cæterū morte eius accepta Philippo regi ſcribit, ut patris uolūtatē ſequatur, atq; exercitum ſubſidio mittat. Alioqui rem chriſtianam maximo eſſe in periculo. Cui ille annuit, paratoq; properè uiginti quinq; millium excercitu, tormentorumq; bellicorū (quæ bombardas appellant) Gaſtoni Bernenſi prudentiſſimo fortiſſimoq; uiro præcipua cura demandata, Rogerium Bernardū orat (cui maximam millitum partē attribuerat) ut maturaret in Syriam, chriſtiano nomini auxilium laturus. Igitur ille magnis die noctuq; confectis itineribus, cum excercitu alijſq; belli ducibus ptolemaidi præter omnium expectationem appulit. Ibiq; Hedoardo ſuam regiſq; uoluntatem in auxilio ferendo, euertendiſq; chriſtiani nominis hoſtibus, egregiè declarat. Cuius aduentus tam fuit lætus chriſtianis quàm unquam cuiuſuis alterius antea. magnumq; illis addidit animum. Itaq; Rogerius Bernardus in Bandodacarem (qui tum Chriſtianis Antiochiam ademerat) Hedoardo ad Ptolemaidem relicto bellum mouet. Cui tamen male ſucceſſit, ſiquidem eo prælio ſeptena peditum millia quingētiq; Equites interiere. Qua accepta clade nihilo quietior timidiorq; factus, adiunctis aliquot militibus (quos Hedoardus miſerat ut interemptorum numerum expleret) Armeniam, tripolim, Damaſcum, aliaq; innumera oppida, quæ à chriſtianis ad ægyptios defecerant, bello quatit, ac circum omnia uaſtat. Acceptam cladem illatis compenſans incōmodis. Demunq; multis alijs rebus partim proſperè: partim infœliciter geſtis: in galliam cum Gaſtone Bernenſi reuertitur. Qui deinde quum annus à Chriſti ortu ducenteſimus ſexageſimuſq; ſecundus ſupra milleſimum ageretur, adminiſtraſſetq; ſeptem annos comitatum mortuus eſt.

Bardodacares ægipti rex.

BERTRANDI

Hæliæ Appamiensis historiæ Fuxensiium Comitum. Liber Secundus.



VNC OPERE PRETIVM uidetur (quoniam Gastonis Bernensis paulo ante meminimus) de Bernensium origine, & quando primum in Aquitania eße cæperint, breuiter commemorare Deinde uero Comitũ Fuxensium suo ordine procedet stilus. Bernenses igitur ut quidam uolunt (quorum etiam uulgo recepta est sententia) à Berna insigni heluetiorum pago qui eius gentis caput est dicuntur, indeq; nomen traxerunt. Quanquam alijs placeat, Rauracos seu rauratios proximos Rheno flumini populos: Heluetijs finitimos (quos Basilienses appellant) Bernenses dictos. Sunt etiam qui scribãt, hos antea uacceos, à uacca oppido iugis pyreneis olim sito nũcupatos. Ideoq; Vaccas in eorum insignijs deferre. Quod si uerũ est, eos fuiße arbitror qui à Publio Craßo sontiatibus superatis, maximaq; Aquitaniæ parte dedita, nunq̃ uinci potuerunt. seq; ei dedere neglexerunt. propterea quod hyems suberat: niuibusq; eorum oppida, montibus pyreneis sita, tegerentur. atq; inacceßibilis ob hanc rẽ eßet locus. Et ob id credere par est, hos nunquã in cæsaris Romanorumq; ueniße potestatem. omniq; tempore liberos fuiße: ac nulli initio subditos: Cui opinioni qui adherent, innuere uidentur, hos iam olim fuiße. At crebrior uriorq; sententia est, eos Caroli martelli temporibus in Galliam primum ueniße: ibiq; consediße ubi nunc sunt. illis ab eo cõceßa ea Aquitaniæ

Bernẽsiũ origo.

Vacca oppidum.

parte quæ tum inculta: ac ferè nemoribus obſita erat. uixq; illum priſtini habitaculi (ſi quod antea fuerat) ueſtigium demonſtrabat. Quæ origo ut notior habeatur, nunc altius repetenda uidetur. Carolus cognomento Martellus, regiæ domus magiſterio à Theodorico Gallorum Rege prefectus, regni fines augere: multoq; longius protendere cupiens: bellum in Saxones Galliæ finitimos, indeq; ĩ Allemanos atq; Suenos mouet, quos in ſuã tandem redigit poteſtatem. cæterum hæc procul à Gallia gerenti nunciatur, Eudonem Viſigothum (qui longè antea Aquitaniã Vaſconiamq; ſuæ ditionis fecerat) Caroli inuidentẽ fortunæ regni fines hoſtiliter infeſtare: ſed Carolus miſsis legatis militibuſq; hanc iniuriam ulciſcitur, Quippe hi Vaſconum fines longè lateq; populantur, tandemq; cruento commiſſo prælio Eudonem uincũt, uictũq; fuga ſalutem querere, ſeq; montibus pyreneis (ubi innumera ſunt antra ac ſecture) abdere cogunt. Cæterum ille impletũ ira gerens animum non quieuit, Donec Abidiramũ Saracenorũ regem, qui Hiſpanias iam decennium obtinebat, auxilio accerſit. qui cum maximo excercitu Garunna tranſmiſſo Burdegalam ui capit, captãq; crudeliter (ut mos eius gẽtis eſt) diripit. Inde ĩ Pictones defertur, cæde ac rapinis omnia complens. Carolus autem hãc Galliæ iacturam uehementer dolens, habenſq; ſecum optimos milites ex berna heluetijsq; deductos, clam cũ Eudone agit ut oblitera ta iniuria ad delendam Saracenorum gentem conſpiret. quo impetrato Carolus & Eudo haud procul à Saracenis (nondum fines Pictonum egreſsis) caſtra metantur, paruaq; dein interiecta mora maximis odijs ac uiribus utrinq; certatur. Cæterum Saraceni uincuntur, maxima edita illorum ſtrage. ſiquidem, ut aliqui ſcriptum reliquerunt, eo prælio trecenta ſeptuaginta Saracenorũ millia (qui tum Aquitaniam cum uxoribus & liberis ingreſsi fuerãt)

Carolus martellus

Eudo Viſigothus.

Abidiramus.

deleta sunt, mille quingentis ex Gallis tantum occisis. Quod bellum ad Burdegalam pugnatum quidam sunt authores. Qua parta uictoria Carolus in Burgundos excercitum ducit. Quibus subactis moxq́; Eudonis Aquitani morte nunciata, Garunnam cum excercitu transgreditur, maximamq́; Vasconum Aquitaniæq́; partem suis adijcit opibus. Cæterum Visigothi egrè ferentes urbes quæ Eudonis fuissent, Caroli cessisse imperio, ab Athino Saracenorum rege in belli, quod in Narbonã mouebatur, societatẽ asciscũtur. Carolus uero audita belli fama, & quia iam Saraceni Narbona capta Rhodani hostium ingressi Auenionem etiam subita ui ceperãt, ex Massilia illuc deuheitur. Vrbemq́; obsidiõe cingit. Qua tandem capta: quum Narbonam (quo se Athinus fugiens contulerat) obsideret, nunciatur Amorteum regem ex citeriori Hispania cum excercitu aduentare in quem relicta obsidione cum copijs Carolus proficiscitur, fit ingens corbana ualle hostium concursus. Bernenses qui primi, ob rei militaris peritiam atq́; ingentium corporum proceritatem, constituti erant, pugnam ineunt. Pilisq́; in hostem cõminus iniectis, tam strenuè pugnant, ut Amorteũ saracenorum regem, post aliorum cæsa multa milia, etiam interemerint. Cuius casu perculsi Saraceni terga fugæ dederunt, cũq́; multi in naues que ad litus erant procurrerent, hos Bernenses insecuti, quotquot sese iam stagno insinuauerant, demergunt. aut repetitis ictibus interimunt. Qua parta uictoria, Saracenorumq́; rebus sic in Galliã accisis, factus animosior Carolus, utq́; Visigothorum & Halanorum gentem, que circa pyreneum in citeriori hispania habitabat, funditus euerteret, reliqua copiarum parte in Gallia relicta propter nouos bellorum motus qui quotidie suboriebantur, ipse cum Bernensibus hispaniam proficiscitur: quorum maxima opera tandem effectum est, ut latissimo Ruscino-

Athinus Saracenorum rex.

nis campo conserta manu, paruo momento Visigothorum Halanorumq; nomen omnino interiret preter paucos qui in Barchinonensiũ fidem cõceßere. His rebus à Carolo sic strenuè confectis, ĩ galliã per iuga pyrenea reuertiť, Inq; eam partem primum uenit quæ tum nemoribus obsita uastam solitudinem efficiebat. At Beranenses loci amœnitate capti fontiũq; ac fluuiorum, quæ illic multa habentur, perstrepentibus aquis delectati obliterata etiam patriæ memoria hunc locum atq; has sedes à Carolo precibus exposcunt. Quod ille haud quidem grauatè cõceßit. partim ut si usus uenerit ij ad bellum presto eßent partim ne ingratus uideretur, si id eis tantopere cõtendentibus denegaßet, quorum strenua opera toties in bello usus fuißet. Ea igitur agri parte illis attributa, deinde etiam ob præclara cum in Visigothos, tum etiam in Saracenos Edita facinora, decimarum ius (quoda uix laici tenent) singulari quodam priuilegio conceßit. Quũq; antea ora illa regum Galliæ imperio subeßet, Caroli iußu facta est libera, eosq; qui illã incolerent regis seruitio exemit. perpetuaq; libertate donauit. Atq; eosdem francæ legis (ut ipsi eorum lingua appellant) fecit. gentiq; nomen, ab urbis aut uici nomine unde profecti erant, indidit. Bernensesq; appellauit. Quũ autem nemo inter eos dignus imperio uideretur. Aut certè nollent ex sese, ob principatus æmulationem, quæ maximas respublicas interdum labefactare solet, quenq̃ eligi Qui tamen animaduertebant minime poße, tantam populi multitudinẽ quæ simul coierat, sine Duce ac Principe diutius cõsistere, cõmuni consilio decernũt, Aduenã aliquem accersendũ, qui inter eos principatũ obtineat. Igitur unũ è Bigeriõibus (quos alij bigerrões appellãt) gẽte illis ꝓpĩqua deligũt. Atq; ei imperiũ oẽ demãdãt. Qui prĩcipatu factus ĩsolẽtior, cũ eos ĩ solita libertate nõ cõtineret, minimèq; patereť suis legibus uti facto ĩsultu occidiť.

Bernenses liberi.

Frãca lex

Primi bernensiū domini occisi.

Quo mortuo aliū de nobilissima Aruernorum gēte eligūt. Quūq; is, superioris usus licentia, eos suo more nequaquam permitteret uiuere, transitu cuiusdam pontis uenabulo cōfoditur. confossusq; præceps ex pōte agitur. sic uterq; pœnas malè administrati īperij luit. Sūt qui hos Bernenses cū Carolo magno galliæ rege atq; imperatore, Narbonensi bello aduersus Borelliū regem Saracenorū interfuisse memorent, quibuscum etiam aderant Vascones (gēs bellicosissima) numero septuaginta mille qui tanta ui tantisq; animis pugnarunt, ut Narbona tandem potirētur, At Bernenses cum diutius sine principe fuissent difficultateq; tenerentur inueniendi aliquem qui eos in sua libertate contineret. Legatos ex sua gente ad Hispaniam citeriorem mittunt, qui Guillelmum moncadensem orent, uti unum ex filijs quos habebat ad imperandum daret. Illi iussa facessunt, ac qua possunt benignitate mandata Moncadensi exponūt. Ille legatis comiter acceptis, atq; ī tricliniū adductis benignè cōcessit ut utrū uellēt ex filijs qui thoro dormiētes accūbebāt principem eligerent, At illi puerorum indolē contēplati cernunt alterum digitis ad uolam reductis, alterum (cui Gastoni nomen) pansis manibus somnum carpere & quanq̄ uterq; admodum placuisset, Ex illis tamen Gastonem elegerunt. ex euentu, q̄ eum pansis manibus dormientem inuenissent, optimi principis ac liberalissimi omen captantes, econtra in altero auarum animum ueriti. Igitur Gastonem secum adducunt, quem cum splendide ac liberaliter aluissent, inq; adultam iam creuisset etatem, principem creant: eiq; imperium sponte deferunt. Is uero prudentissimè illud administrat, imperijq; fines summa diligentia tuetur, subditosq; in suis legibus atq; institutis continet, nemini cedens gloria omnibus rebus celeriter cōmodumq; prouidendi. Successu dein temporis Iacobus Aragonum rex Maioricam unam ex balearibus insulis

Vascones bellicosissimi.

Guillelmus Moncadensis.

Gasto mōcadensis bearnipriceps.

lis bello petit, cui quidem Guillelmus Moncadensis Gastonis pater, eiusq; alter filius (Qui clausa manu à legatis inuentus fuerat) cum ingēti militum numero interfuere. Cæterum urbis expugnatione pater filiusq; fortiter dimicantes telorum multitudine obruti una intereūt. Qui deinde casus ad Gastonem, uicūdalsonēsem, mōcalū, martorellium, castrum uetus roanesij, aliaq; bona (quæ olim Guillelmus eius pater obtinebat) deuoluit. Cui deinde ex eo matrimonio, quod cum Martha squibati Bigerionum Comitis filia (ut supra diximus) contraxerat Due sunt nate filiæ, quarum unam Armeniaci Comiti, alteram uero (cui nomen Margaritis) Bernardo Rogerio Fuxensi de Garcendæ suæ matris aßensu collocat. Mortuo deinde Squibato patre, Martha filia Gastonis coniunx unica ac sola ex liberis supererat Bigerionum Comitatū, ac Marsani Vicecomitatū indipiscit. Is Gasto ædem Morlani (quod oppidum Bearni insigne est) construi iußit, ac postea diuo Frācisco dicari, perpetuum religiosis habitaculum constituens. Voluitq; ut ubi ubi moreretur, eius saltem cor ad eandem sacram ædem sepeliendum deferretur. quod etiam haud grauatè post eius mortē factum est. In cuius rei memoriam pro altari maximo monumentum ingens cum eius statua atq; insignijs religiosi extrui magno sumptu iußerunt. quod hodie uisendum omnibus patet. Erant autem tum Gastonis insignia nummus aureus (quem scutum appellant. Rubræ insuper Vaccæ subtusq; illas castellum pulli coloris (quem pictores sabulatum dicunt) quod utiq; Moncadense, illæ autem Bernense dominium signifiacnt.

Bigorra marsanūq; Bearni dominio acceßere.

Gastonis insignia.

De Rogerio Bernardo, nono Fuxi Comite.

Hæ'ias pe trago- rius Co- mes.

Constin tia Leuiē sis uxor

SVccesit deinde Rogerius Bernardus superioris Rogerij Bernardi filius, cui Margaritam Gastonis Bernensis filiam nupsisse iam supra demonstrauimus. Ex qua quatuor suscepit liberos, unum uirilis stirpis, cui Gastoni nomen, tresq; filias, Brunixendem, Constantiam, atq; Ioānam. Primam (quæ maior natu erat) Hælias Petragoriorum Comes uxorem habuit. Constantiam uero Antonius Leuiensis Mirapiscensis dominus cum dote decem milliū librarum. Tertia Dompetro Iacobi Aragonum regis filio Emporiarum ac Ripegorsæ Comiti nubsit. successu dein temporis, quū ānus christianæ salutis millesimus ducētesimus septuagesimusprimus agerē, Philippus galliæ rex diui Ludouici filius, sui regni initio quotquot erant suæ ditionis in Gallia comites accersi iußit, eiusq; rei curam Eustathio bellomarchesio Tolosanæ prouinciæ præsidi demandat. Constituta die quum Rogerius Bernardus non adeßet, id rex iniquo tulit animo. Atq; cum copijs Tolosam proficiscitur, ut exinde Fuxum (Comiti bellum illaturus) properaret. Quod resciens Rogerius Bernardus quanta potest diligentia efficit, ut & Fuxensibus castellis strenuißimi milites præsidio locarentur, & ingentes copiæ à Gastone bernensi socero mitterentur. At cum rex Fuxum moueret, Rogerius Bernardus, regis potentiam ueritus, ei fit obuiam, se suaq; illi permittens. Iustasq; moræ non quidem neglecti imperij (ut suspicabantur) causas afferens. Quæ tamen regi haud quidem iustæ uisæ sunt, Quin possesso interea comitatu illi imperat, ut se sequatur: neq; iniußu eius quoquam discedat, pœna si contra moliatur indicta. Quamobrem Rogerius Bernardus rebus properè collectis iußa faceßit, atq; regem quoquouersum iret cum uxore sequitur. Post aliquod uero

tempus Margarita regem sibi pernecessarium orat, ut ipsa eiusq; uir Rogerius Bernardus in patriam liberi dimittantur, sublataq; (ut appellant) regia manu Fuxensis comitatus eis restituatur. Cui Rex libenter annuit, ac quibusdam conditionibus appositis, quas etiam postea remisit, liberos muneribusq; donatos coniuges in patriam dimisit. At ego huius odij (quo rex Fuxensem prosequebatur) atq; belli causam fuisse arbitror, quòd is Armeniacum Comitem aduersus Girardum Casabonensem (cui rex maximè fauebat) aliquando iuuisset, eiq; fuisset auxilio, quum Castellum ad Philippũ pertinens (quo se Girardus receperat) obsidione premeret, ac deinde eo expugnato omnes occideret incolas, multaq; alia crudelissimè ac contra regis uoluntatem ageret. Ideoq; regem hãc iniuriam uindicasse, & cum Rogerius Bernardus accersitus minime adesset, in eum bellum mouisse, ac Castellum, ubi se is receperat, diutius obsedisse, donec ipse sese ultro obtulit: ac regi, quicquid iuberet, facere promisit. Successu dein temporis maxima inter regem Nauarræ. Gastonemq; bernensem (ob quoddam castrũ quod ad se uterq; pertinere contendebat) orta est dissensio. Cuius rei causa Gasto Nauarro bellum intulit, Ad quem Rogerius Bernardus gener cum ingentibus copijs subsidio uenit. Quum uero inter eos acriter diuq; pugnatum fuisset, multiq; milites utrinq; occisi, Rogerij Bernardi interuentu pax tandem composita est. In cuius quidem rei gratiam postea cum annus à christi ortu octogesimus sextus supra duodecies centesimum ageretur, Gasto eiusq; uxor Martha, ipsum Rogerium Bernardum atq; Margaritam filiam eius cõiugem, de procerũ assensu, qui comitijs (quos tres status appellant) interfuere, hæredes instituũt. moxq; subditos omnes in eorum uerba iurare iubent. Alteram uero filiam atq; eius uirum Armeniaci Comitem, iusta de causa exhæredes faciunt.

Quipppe illi Gastoni tam grauè bellum aduersus Nauarrum gerenti auxilium ferre omnino recusarant, & quanquam id ab eis literis nuncijsq; sæpius petijsset, nulla re tamen eum unquam iuuarant. Itaq; hunc in modum amplissimum patrimonium, perexiguo temporis momento Fuxensi domui obuenit. iacturaq́;, quam utiq; ob impactam hæresim maximā fecerat, eo pacto compensata est. Tumq; primùm hæ nobilissimæ clarissimæq; domus, Fuxensis, Bernensisq; simul cōiunctæ sunt. Atq; unius dominio attributæ. Post paulùm uero temporis, Armeniacus egrè ferens se suamq; coniugē à Gastone bonis omnino abdicatos, rem in iudicium defert, Diemq; Rogerio Bernardo dicit, aio quidē statuēs hereditatis partē ab eo uēdicare. Qui lite tandē p̄edēte obtinuit, ut Bigorræ comitatus sequestræ manui comiteret, quod de Bearno non itidē factū fuit, cū Gallorū eximat̄ īperio. Itaq; hinc ingēs ortū est odiū: peneq́; capitales inimicitiæ, quæ adeò postea creuerunt, ut ingētia crudelissimaq; bella pepererint. Siquidem (ut ab eo ordiar) quum annus christianæ salutis ducentesimus nonagesimus quartus supra millesimum ageretur. Armeniacus maiora indies excercens odia, Rogerium Bernardum apud regem proditionis insimulat, illumq; cum hispanis in eius mortem conspirasse: Remq; ueneno tētare decreuisse ait. Quæ res non parum Philippi regis animum cōmouit: Multa enim representabātur, quibus ad credendum adduceretur. Multaq; item quibus animus in contrariam iret sententiam, odium scilicet atq; inimicitiæ accusatoris. Quæ alijs permixta planè faciebant, ut procul à uero enunciata crederentur. Quocirca Philippus (ut utroq; presente res magis magisq; pateret) Rogeriū Bernardum accersi iubet, Etenim Armeniacus iam aderat. At uero is haud cunctandum ratus, qui iamq; amicorum literis (quos in aula principis habebat) certior factus erat, præter omnium ex-

Fuxi bearniq; unio.

pectationem aduolat. Ac se regis conspectui protinus offert, eum obnixè orans ut sibi coram Gallorum procerum cœtu præsente armeniaco uerba facere liceat. Quo ĩpetrato, Quis est (inquit) uestrũ Galli principes qui me & absentẽ & innoxium ꝓditionis apud regem insimulet? Cuinam cõpertum est me nõ solũ regi (cui omnia debeo) uerum cuiquam alij paraße unq̃ insidias? Aut quæ res illum (quisquis est) impulit, ut ueneno me agere uelle: inq; regis fatum conspiraße affirmet? Num huiusmodi dolis quidq̃ maiores nostri unq̃ tentarunt? Nonne illi firma integráq; erga regem fide semper fuerunt? Igitur quando presentes sumus prodeat nunc accusator, crimen exponat. Testes exhibeat, testimonia producat, modo ex sua domo non depromserit. Remq; omnem si potest iure comprobet. Ecce adest reus minime quidem re (ut decet) comprobata supplicium deprecaturus. Ac tametsi in uocem non prorumpat accusator, cerno tamẽ illum hisce oculis noua intra se crimina cõfingentem, noxiumq; uirus euomere cupientem. Quo cum nobis ab hinc iam ferè nouẽnium, ob Gastonis soceri succeßionem, odiũ atq; simultas est. Te igitur oro rex inuictißime, ac uehementer obtestor, ut hunc illum (de Armeniaco loquor) coram fari, crimenq;, quod falsò intendit, me presente manifestare iubeas. Quod si minime quidem faciat, eum in sigulare certamen prouoco, ut tandem res armis comprobetur. Neq; id tam criminis purgandi causa (quod nullum est) quàm ut ignominiæ maculam eluamus, si quam forte ex falsa accusatoris obiectione contraximus. Et si mihi (ut spero) perfidum insimulatorem uincere detur, hoc maximo alijs erit exẽplo, Discẽtq; posthac cæteri quàm iniquum periculósumq; fuerit, cuiusq̃ mortalium famæ nominiq; detrahere: crimenq; falsò intẽdere. Atq; temere in uerba prolabi. At contra Armeniacus secus agit, Rogerium bernardum expostulat, quòd regi, aut bello-

Oratio rogerij bernardi.

marchesio Tolosano presidi ab eo mißo, non audierit. Seq; multa alia habere ait, quæ illi obijceret. Cæterum probationes deficere quòd clam se motisq; arbitris omnia acta eßent. His dictis acclamant principes, Fuxensem rem iustam petere, equũq; eße id tandẽ armis decerni, quod iure minime poßet. Quocirca rex locum delegit statuitq; diem, qua in certamen uterq; conueniat. Qua aduenta, populo principibusq; circum affusis, stant in armis Rogerius Bernardus Fuxensis Armeniacusq;, equoq; insidẽtes pugnam ineunt, primus Rogerius Bernardus maximo impetu in hostem procurrit, ac lancea pectus diuerberat, ille autem eo ictu equo ferè deiectus, maximo nisu sese tollit, ac recta tendebat in hostem, quum Fuxensis, intorto in eum totis uiribus telo, de equo omnino deijcit. Cum uerò in terram prouolutum stricto gladio pararet occidere, interuẽtu Arthesij Comitis q à rege mißus fuerat, abstinere iubetur. Tumq; rex illis ad se uenire iußis spondet, se propediem controuersiæ finem impositurum: iureq; decreturum cui bonorum (de quibus in iudicio contenderetur) poßeßio addicenda foret. Interiectis deinde aliquot diebus inter Petrum Aragoniæ regem: Rogeriũq; Bernardum adeò ingens ortum est dißidium, ut nihil aliud quàm mutuis se afficere incommodis cogitarent, bellumq; alter in alterum mouere. Et iam uterq; copias colligebat cum Gastonis Bernensium domini interuentu pax composita est. Quænam autem dißidij causa fuerit, haud quidem in aperto est. Verum ego coniectura ducor, illũ ideo Rogerium Bernardum odio habuiße, quòd Philippo regi nimiũ faueret, eiq; quã obsequentißimus eßet. (Erat enim Petro bellũ de regno Siciliæ cum Carolo Philippi regis fratre). Quòdq; sibi pernecesßarius eßet, & maximam fortunarum partem in citeriori hispania haberet. Per idem tẽpus Philippus Galliæ rex Martini pontificis maximi ædicto fretus (qui ob

Fuxensis Armeniaciq; singulare certamen.

ambitiosam regni siculi petitionem Petrum Aragonium anathe-
mate excecrarat ac regno Aragoniæ priuarat) regni primores ac-
cersi iubet, ac deinde cum ingentibus copijs in citeriorem hispaniã
mouet, Quod ut resciuit Rogerius Bernardus regem sequitur, ne-
q; tam ut eum bello iuuaret, quàm ut pacem inter eos componeret.
bonam tamen ei nauabit operam. Siquidẽ in oppugnatione Gerũ-
densis oppidi. Ipse nõnunq̃ cũ ciuibus (haud clã rege) colloquebat. Gerunda
Ac quæ intra gererẽtur oĩa sciebat. Quàm scilicet metuerẽt ciues,
quàm paruus cõmeatus esset illis, quàmq; sæpius de deditione co-
gitarent: cuperẽtq; Philippo regi conciliari. Cuius tandem opera
effectum est, ut paucorum dierum inducijs habitis (quò Petrum re-
gem qui tum Siciliæ agebat eius rei certiorem facerẽt) saluis for-
tunis sese regi Gerundenses atq; ciuitatem dederent. Pauloq; post
rex Philippus, per pyrenei montis angustias Perpinianum se con- Mors phi
tulit. ubi febre conflictatus moritur. Deinde Philippus cognomen- lippi Re-
to pulcher eius filius regno successit. Cuius initio cum Guydo flã- gis.
driæ comes, inita clam cum Hedoardo Anglorum rege societate
ei aduersaretur, in eum bellum mouet. atq; Rogerio Bernardo alijs-
q; strenuissimis belli ducibus comitatus, in Flandriam progredi-
tur. ad insulamq; castra ponens, oppidum arcemq; suæ ditionis tan-
dem fecit. Rogerius etiam Bernardus Carolum Valesium Philippi
fratrem, in Aquitanos expeditionem mouentem, suis iuuit copijs:
Rionẽsiq; interfuit obsidioni: atq; oppidi sancti Seueri captioni,
cuius etiam maxima opera effectum est, ut Angli multis Aquita-
niæ locis præsidio abirẽt, ac Gallis cederent. Cuius rei gratia Phi- Rogerius
lippus rex Rogerium Bernardum Aquitaniæ gubernaculo præfe- Bernar-
cit, presertim Aquẽsi, Adurensi, Baionẽsi, & Auscẽsi diæcæsibus. dus aqui-
quatenus earũ fines protendũtur (Armeniaco Vicfasensacoq; ob ca- taniæ gu-
pitalia odia, quæ inter se Fuxensis Armeniacusq; gerebãt) dẽptis bernator.

Proinde Philippus Tornacēsi oppido consistens Rogerio Bernardo, ob præclara facinora in eius expugnatione ab eo ædita, octingentarum librarum redditum attribuit, quas ex malouicino agro colligi uoluit. Pauloq; post huic numero superaddidit mille quingētas libras, quas idem ex Gabarreti Vicecomitatu, uectigali exterarum uaccarum (quæ per rupefortensem agrū transirent) Castello nouo ripariensi, Maloborgueto. manso adurensi, Miromōte, Guyspodio, alijsq; locis (chirographo huius rei causa cōfecto cōscriptis) colligeret. Subindeq; effecit ut Ioannam sibi pernecessariam Roberti Artesij Comitis filiam. Gasto Rogerij Bernardi filius uxorem duceret. Porro non est pretermittendum quod ab aliquibus scripto mandatum est. Appamienses in Rogerium Bernardum, cum annus christianæ salutis millesimus ducentesimus ac nonagesimus sextus ageretur: impetum fecisse, illumq; in diuæ Mariæ templum (quod uulgo Mercatellum appellant) Armis coegisse, ubi obseratis arctè foribus tantisper se continuit, dum popularis furor paulùm quiesceret: atq; interuentu principum urbis ciuium, (qui authoritate grauitateq; plurimum erga populum ualebant) ab armis discederetur. Quo tumultu sedato, cūmutato habitu, ipse clā cum aliquot nobilibus (quos secum habebat) Fuxum proficiscitur, subditisq; maximam militum multitudinem cōfestim imperat. Atq; modica interiecta mora (iniuriam ulturus) cum copijs Appamiam aduentat. animo quidem statuens eam funditus euertere, ac solo æquare. Quod animaduertentes primores urbis, hiq; presertim qui Rogerio Bernardo intra templum incluso auxilio fuerant, foras pullati exeūt, suppliciter pro se alijsq; ciuibus ueniam petentes. At Rogerius Bernardus eorum misertus, animoq; cogitans effrænatam uulgi multitudinem quoq; momento subito efferri, ciuibus pepercit. His tantum exceptis qui tumultus seditionisq; causa fuerāt,

Ioanna Gastonis coniunx.

quos

ad se protinus adduci ac pœna capitali plecti iußit. Eoq; anno Bonifacius octauus pontifex maximus, Appamiæ antistitem ex Abbate Episcopum fecit. honorificentiori eum dignitatis titulo insigniens. Quem deinde legatũ ad Philippum Galliæ regem misit, à quo (cum legationis causæ minus gratæ forent) in carcerem cõiectus est, ac paulò post Narbonensi Archidiacono ab eodem pontifice mißo restitutus. Decimo uero anno post Rogerius Bernardus, posteaq̃ preclara in bello ædidißet facinora liberos splendidè educaßet, atq; eisdẽ matrimonia (ut dictũ est) ꝓcurasset, comitatũq; quatuor & quadraginta annos administrasset. Tarasconi (Fuxensis oræ oppido) uita functus est.

De Gastone decimo Fuxi Comite.

GAsto nunc sequitur Rogerij Bernardi filius, cui Ioannam Roberti Arthesij filiam nubsisse iam supra demõstrauimus. Hic primus fuit Fuxi Comes qui Bearni dominatũ obtinuit, uir sanè egregius, ac bellicæ rei peritißimus. præceps ad irã, quã uix semel admißã coherceret. Huic corã Rege ab Armeniaco uehemẽs accusatio intenditur, quòd ruptum ab eo fœdus esset, quod longè antea rex cõposuerat. Quòd auracensem oram (quæ Guillelmæ eius nouercæ patris testamento attributa fuerat) incursionibus uastasset. quòd miliamontem, pagum serranum, (qui utiq; Armeniaci finibus siti ad Archiepiscopum Auscitanensem pertinerent) ui cæpisset, uirosq; ad numerum quadraginta occidisset. quòd Armeniacẽsis oræ præsidi (quem Senescallum appellant) negocium facesßisset aliaq; detrimenta intulisset. Cuius deinde Conuenarum Comes uerba excepit (sic enim de cõposito premeditati erant) aitq; se similibus aut multò maioribus ab eodem Fuxensi contumelijs af

fectum, parũq; abfuisse, quin sibi (quum Armeniaco auxilio contra eius audaciã uenisset) uitam ademerit, eũq; tum non quieuisse, donec ex cõuenis innũeros ĩteremisset, multaq; eius oræ oppida ac possessiões igni ferroq; uastasset. Neq; audere illum aperto marte dimicare, sed clam, dolo insidijsq; solere hostem aggredi. Quãobrem se aut Armeniacum paratum esse, singulari certamine experiri, uter robore animoq; prestet. Hocq; dicto Pignus illi certaminis offert, ille autem impiger accipit, ac uelut iratus de illius manibus ui extorquet. cæsijsq; sic fatur oculis. Haud equidẽ alia arma aliũue locum certaminis expectarem inuictißime rex, ni me tuum numen tuũq; regium iubar (quod certe omnes uereri debemus) retraheret. Est enim hominis pusillanimi, parũq; de se cogitãtis, his maledictis, ac cõtumelijs, hocq; infami iniuriarũ aceruo, qbus à duobus ueteribus hostibus ĩpresentiarũ, afficior, minimè cõmoueri. Quod genus maledicendi q̃ sit improbum, turpe, fictum, simulatũq; primùm uerbis: tum deinde opere (si regi libeat) demonstrabo. Primùm rupti fœderis insimulor At quæso exhibeat scriptura, pferãtur testes, nominet locus, testimonia pducãtur, qbus manifestũ fiat, fœdus initũ unq̃. Quòd si parẽtis factũ mihi obijciãt, facile respondebo, neq; à me illis seruandã fidẽ esse, quã mihi minime seruare uelint, Nũ ĩ cõfesso est Armeniacũ, illico post mortẽ mei patris meq; pcul agente, Bearni fines eiusq; incolas, q pculdubio nemini subdũtur, ĩuasiße? uarijsq; oppressiße incursionibus? Subĩde cui graue esse debet, si qs quæ ad se ptinẽt uel iure uel armis reposcit? non enim unq̃ ego in animũ induxi rẽ alterius iniuria usurpare. quod pculdubio fecissem si ad me bona non ptinerẽt, que ab Guillelma Armeniaci nouerca iãdudũ occupantur. Nec iure reprehẽdor, si antistitis possessionẽ quoquo pacto turbatã mihi obijciãt. Est enim turpe ac uerẽdũ alij obijcere crimẽ, quod

Oratio Gastonis

ipse idẽ admiseris. Nã (quæso) undenã maiora antistes capit incõmoda, ꝗ ab his duobus crudelissimis tyrannis? nũ recens adhuc iactura est? nũ ego illis totis uiribus obstiti, cũ alienis possessionibus iure iniuria pedem armaq; inferrẽt? nũ ego multotiẽs illorum cõpressi audaciã? quibus si (ut collibuisset) quidlibet faciendi libera fuisset ꝑmissa facultas, diuina ædepol humanaq; permiscuissent, fuissetq; ab his in omnes sine ullo delectu sæuitum. Quocirca á me, (cuius ne id paßim fiat plurimum interest) illorum aliquãtũ cõpressus est furor, ac prædãdi nocẽdique licentia. Cuiusmodi uitæ ac factionis Senescallum habebant, quo authore executoreq; omnibus in rebus utebãtur, cuius etiã temeritas ac furor cõprimẽdus fuerat, Et quanquã hæc benefacta mihi haud quaꝗ laudi adscribantur, tamen nõ pœnã, nõ ignominiæ notam merentur. In quos si tu nobilissime inuictißimeq; rex minime aĩaduertis, lõgius hoc serpet malũ, Aquitaniæq; populos hi sua tyrannide impune prement, nemoq; aduersum ire audebit. Hæc sunt quæ corã purgandi criminis gratia dicenda uidebantur. Reliquũ est ut tu rex locũ diẽq; pugnæ cõstituas, ego enim haud moram (si iußeris) certãdi facio, neq; in aliud tempus rem differo. Tũ rex his dictis aĩo præuidẽs quantũ periculi hoꝝ discordia toti Aquitaniæ immineret, in qua ipsi maximã hẽrent authoritatẽ, principẽq; locũ obtinerẽt, satiusq; fore ducẽs, eoꝝ lites cõpõere, ꝗ certamẽ, ĩ quod se ĩuicẽ ꝓuocarãt apꝓbare. Sic, inqt. Quoniã oportet regẽ subditoꝝ hẽre curã Et ne qd respublica detrimẽti capiat lõgẽ ꝓuidere, ideo iubeo ædicoq; ne hæ ĩimicitiæ istaue odia (qbus mutuo ardetis) ĩ lõgius protrahant. quare nũc irã aĩosq; feroces deponite, nõ enim abinde ferã, ut iniqs aĩs uiq; armoꝝ de possessionũ iure cõtẽdatis, certamẽ itaq; inhibeo, icioq; inter uos fœdus perpetuum, ac uolo uos amicos (sicuti decet) ĩ æuũ fore. Quod si dicto audiẽtes minime estis,

Fuxensis Armenia ciq; fœdus

intelligite uos penam ingensq; supplicium manere. meq; ipsum hostem uobis fore. Tũ Armeniacus, postq̃ rex (inquit) tuæ libuit maiestati nostram sedare discordiam, fœdusq; percutere, maiorem adhuc presta securitatem, Etenim uereor ne Fuxensis, qui paruo momento ad iram accenditur, aliquando insultet, & nos opprimere cõnetur, quare sub tuam dexteram nomenq; uerendum reponi uolo, Illiq; omnino ĩterdici, ne dicto factoue in nos quidq̃ moliatur Cui rex satis (inquit) tibi securitatis ex superioribus dictis partũ esse arbitror, itaq; iussa uterq; facite, ac dicta nostra inuiolabiliter obseruate. Post paulũ uero temporis Rex in Flandros bellum mouit, cui interfuit Gasto Fuxensis. At magna aquarum uis adeò de cœlo decidit, ut omnia flumina ac fontes exundarent, ut etiã inuium esset iter quoquouersum tenderet, idq; æstate acciderat, quãobrem re infecta reuerti oportuit, quæ res deinde effecit, ut ingẽs fames totum penè regnum inuaserit, difficultate bladũ, uinũ, aliaq; ad uitam necessaria inueniendi. quippe illa aquarum inundatio fructus ferme omnes pdiderat. Eodem ferme tempore Ioanna Gastonis soror (quam Petro emporiarum Comiti connubio iunctam fuisse supra demõstrauimus) moritur. Cuius dotẽ ut repeteret Gasto (siquidem triginta quinq; librarum millia dederat) literas nunciosq; Petro mittit. Qui ubi frustra se agere intellexit, excercitũ per montes Pyræneos in citeriorem hispaniam transmisit. illiusq; agros ac possessiones uarijs incursionibus uastauit. Cumq; arcem milliacensem diuturna obsidione pressisset, eam tandem igne consumpsit, ac post in patriam reuersus est. Cum autem antea à sentẽtijs, quæ à iudicibus Fuxensis oræ Appamiæq; ferebantur, ad Carcassonensem Senescallum appellaret, Gasto à rege ĩpetrauit, ut is ãplius iudex nõ eßet, sed Tholosanus præses. Subindeq; ut sibi duos appellationum iudices habere liceret, quorum unus Fuxensi Co

mitatui patriæq; Donesani, alter uero Appamiensi ciuitati præesset neq; possent litigantes his omissis alium quẽuis iudicem adire, quæ res ad hanc usq; diem obseruata est. Proinde etiam ab eodem rege tum priuilegio Fuxensi concessum est, ut in falsæ reprobæq; monetæ cusores, inq; hæreticos animaduerteret, ac etiam de armorũ portu (quæ crimina ad regiam maiestatem spãli iure pertinent) cognoscere posset. Gastoni ex Ioanna Roberti Artesiensis filia tres uirilis stirpis liberi nati sunt, quorum quidem uni nomen Gasto, qui post patrẽ Fuxi Comes fuit, alteri Rogerio Bernardo cui Castribonensis Vicecomitatus. Moncadensisq; dominatus obtigit. Tertius uero Robertus, Vaurensis Episcopus fuit. Hic etiam ex alia quadam fœmina illicito cõcubitu filium procreat, cui Lupo nomen. Quem quidam non ex scorto (ut uulgo fertur) sed ex coniuge, quam ante Ioannam Arthesiensem haberet, natum tradunt. Illãq; nullo misso repudij libello, sed diuino tantum inspiratam numine, priusq̃ ad domum mariti traduceretur, perpetuam deo uirginitatem dicasse. Ac deinde uirginem uestalem effectam, à Gastone parthenopeon ingresso, cum eius forma admodũ placuisset, cognitam. grauidamq; effectam filium peperisse, cui Lupo inditũ nomẽ. Sic rheam syluiam Remi Romuliq; matrẽ mars compressit. Vt cũq; tamen sit, constat hunc etiam filium Gastonem agnouisse, eiq; testamento Rauati dominatum: multaq; alia possessionum iura reliquisse. A quo deinde nobilissima antiquissimaq; Rauatensis domus prodijt. Cuius posteritas principem locum inter nobiles Fuxensis oræ obtinet. ac uirtute præclarisq; facinoribus æternum decus meretur. Cuius hodie domus stẽmata cum aliorum multorum tum imprimis Ioannis Fuxensis Rauati domini, preclaris dictis factisq; celebriora notioraq; omnibus locis habentur. Suscepit item ex Ioanna Arthesiensi filiam Blancam nomine, quæ post mortem patris

Rauatensis domus

Blanca.

Ioãni grayllio buchi & puchi paulini capdauo à Gastone fratre matrimonio data est. Iste Comes põtisaræ, cũ ĩ bello pro rege staret, diẽ obijt, q deinde Lutetiã cũ maxima funeris pompa delatus est, augustinẽsiumq; cœnobio iustæ sepulturæ mandatus.

De Gastone Vndecimo Fuxi Comite.

Helionora Gastonis cõiux

GAstoni uita functo successit Gasto eiusdẽ nominis filius, q uixdũ septimũ annũ agẽs, Fuxi effectus est Comes, Ac deinde decimo quinto suæ ætatis anno, Helionorã iã grãdis ætatis fœminã Cõuẽnaꝝ Comitis filiã cõiugẽ cum summa dote accepit. Cui cũ obijceretur quòd imparis ætatis uiro, uixq; dum impuberẽ ætatẽ egresso nubere uellet ꝓbellè respõdens, si scirẽ (inquit) Fuxi Comitẽ mihi uirũ datũ iri, nasciturũ expectarẽ, nedum iã natum optarẽ, qui tametsi nobiscũ dispari sit ætate, & nimũ ad nostros annos iuuenis, eius tamẽ mores nobis cõueniũt, quippe q in ea ætate iã senex uidetur, ac magnã pre se fert sapiẽtiã, nõ est igiť ĩcõueniẽs eũ mihi ꝓuectæ ætatis fœminæ uirũ dari. Itaq; ex eo matrimonio post aliquot annos natus est infans quẽ Gastonẽ phœbũ parentes dixere. Sub idẽ tẽpus Tornacẽse oppidũ (quod in Picardia situ, est) ĩ regis fide manebat, at accepit rex Anglos iã parare excercitũ quo illud ui caperẽt, & ĩ suã reducerẽt ptãtẽ, cui rei ut occurereť, Gastonẽ Fuxẽsem cũ cohortibus legionarijs magnoq; equitũ nũero illuc cõfestim misit, ut urbẽ præsidio teneret, neq; patereť hostes quoquomodo ingredi. Itaq; Fuxensis magnis itineribus (ut necesse erat) Tornacũ cõtẽdit, quò ĩgressus, ĩtra urbis mœnia se cõtinet, milites disponit, custodias collocat, turres ædificat, muros restaurat, tormẽta aliaq; ad bellũ necessaria prepa rat, munitiones firmat, cõmeatus supportari iubet, oĩaq; diligenter ad urbis defensionẽ ꝓuidet. Interea dũ hæc intra urbẽ gererẽtur, Britãni cũ maximis copijs ingẽtiq; cõmeatu eò aduentant, urbẽq; obsidẽt, qui cũ tandẽ rẽ frustra tentari cernerẽt, neq; quo-

Bellũ Tornacẽse.

quopacto poße effici ut urbe potirent, quã Gasto Fuxensis alijq; strenuißimi Galliæ milites fortiter defenderẽt, aĩm ad populatione agrorũ adiũgũt, Quãobrẽ circũiecta oppida, agros, possessionesq; ferro, igni, rapinis, hostili modo uastãt. nec quicq̃ ab hoste tutũ relinquũt. Quod ægrè ferens Fuxensis, haud quidẽ se continere potuit quin hostes aggrederet, Lachrymis presertim Tornacẽsiũ cõmotus, qui pulcherrimas charissimasq; possesßiones in suo cõspectu cõsumi, uastariq; uehemẽter dolerẽt. Igit magna militũ pte ex urbe educta, hostes rapinis agrorumq; depopulationibus intẽtos de ĩprouiso adorit. At illi primo hostis conspectu attoniti (qppe dispersi erãt) qd agãt, hostibus ne obsistãt, an fugã moliantur animi pendẽt, tandẽ se colligũt, cũq; hoste magnis aĩs decertãt Cæterũ Gasto ueritus ne aliã partẽ urbis, quæ ferè presidio destituta fuerat, Britanni oppugnarent, receptui cani iußit, magnaq; strage hostiũ ædita paucis ex suis interèptis in urbẽ se cũ copijs recepit. Illi arietibus tormentisq; urbem quatiunt, testudineq; facta cõscendere, inq; muros euadere nitunt. At Galli fortiter defendũt, quaq; pte obruta mœnia cernunt, maiorem militũ numerũ collocãt, aggere facto rẽ destructã reparãt, hostesq; telis saxisq; deturbãt, oppidũq; armis strenuè defendũt, Tũ uero Britãni ad urbis expugnationẽ cũ oĩa tẽtaßẽt, nec qdq̃ se pficere aĩaduerterẽt, audirẽtq; auxiliarios milites Gallos iam iã aduẽtare, aĩm ad pacẽ adijciũt, quã paulopost ĩter reges, comitis Hãnoniæ mater & Philippi regis soror, cõposuit. eoq; pacto obsidiõe soluta discedũt. Interfuit etiã Gasto bello creciaco, quod à Philippo rege ĩfœliciter cũ anglo gestũ est, quo strenuißimi nobilißimiq; Galliæ duces ĩteriere, is aũt fortiter acerrimèq; pugnãs euasit. Inde profectus Britãniæ rex callisiũ (cuius presidio galli ĩerãt) obsidione cingit, quod fame inediaq; pressum sese tandẽ dedidit. Philippus deinde Gastoni ob strenuè contra Anglos nauatam operam, quodq;

maximam belli partem suis sumptibus sustinuisset, uenissetq; auxilio cum maximis copijs, mille quingentarum librarum redditũ attribuit, quarum quingentas ex caluo monte, turre marquesaba, mõtesquiuo, gabrio, montisq; foresij molendinis perciperet. Pro reliqua uero summi Giuardanum (qui Vicecomitatus ĩ Aquitania est) donauit. Ac subinde paucis interiectis diebus hũc ipsum rex Aquitaniæ gubernaculo simul ac bello prefecit quod in Anglum regem mouebat, eo quòd is nollet, Aquitaniæ ducatus nomine, fidei iusiurandum, ut alij eius maiores fecerant, prestare. Quamobrem Gasto proregia dignitate conspicuus, eoq; bello bonam regi nauare operam summopere cupiẽs. strenuissimos quosq; nobilissimosq; suæ ditionis uiros, in armis esse: atq; ad se q̃primum uenire iussit. Quorum nomina, ne digna omnino fraudentur laude (siquidem fortissimi reiq; bellicæ peritissimi erãt. Hisq; Gasto maximè fidebat) hoc loco libet commemorare. Affuerunt igitur omnibus rebus ad bellum necessarijs instructi. Lescunius, Andonensis qui principem locum inter Bearni nobiles obtinet, Bernardus Saquetus, Arnaldus Mõtacutus, Bertrandus Insulanus, Qui omnes barones erãt equestri dignitate insigniti, At q Barones erãt minime uero aurati equites hi sũt, Barbasanus, Põtius uillemurus, è nobilissima sãcti pauli palleriiq; familia, Bernardus Villenouanus, Guillelmus hugo Rupefortensis. Quæ familia in treis diducta domos ob preclara ingẽtiaq; facinora maximam laudem meretur. Corrasensis insup, Darrosius, Dominius, Muxentius, Dastensis, Sancius garcias, daminesius, Petrus arnaldus monlasunus, Petrus arnaldus à castro uerduno, Augerius mirlauicinus, Bernardus Durfortensis, Sauerduni insignis Fuxensis comitatus oppidi dominus, Cuius posteritas ab hispania cognomen habet. Insuper Cadiracus, Gasto Leuiensis Lerani dominus, Raymundus fachesius, Ademarus

Giuardanum.

Andonẽsis.

Rupefortensis familia.

Durfortensis.

monlaurus,

Petrus ſarratanus, Gaylardus preiſacus, Bertrãdus ſancelſius, Bertrandus ſandatius, Raymundus mareſtagnus, Faudoaniq́; dominus. Qui uero aurati equites at minime quidem Barones erãt, ſunt hi, Guillelmus Vacquerius, Arnaldus ſarrauerius, Bertrandus ſacquius, Rogerius fuxenſis, hunc credo fuiſſe ex nobiliſsima Rauſtenſi familia quæ ad priorẽ Gaſtonẽ Fuxi comitẽ eiuſq; uxorem Ioannã arteſienſem genus ſuum (ut diximus) referebat. Ademarus gramõtenſis (quæ familia nobiliſsima ac lõgè inſignis apud cantabros habetur, ex qua hodie Burdegalenſis Archiepiſcopus eiuſq; frater Gramõtẽſis Cardinalis qui Toloſæ nuper obijt taxere originem. Alios uero nobiles equiteſq;, qui centum tredecim numero fuerant, non multum operepretiũ uidetur impræſentiarum cõmemorare. Igitur cũ hi alijq́; innumeri cõueniſſent rebus neceſſarijs ad bellum paratis Gaſto Tartaſium, inſigne Aquitaniæ oppidum quod ſub Anglorum fide tenebatur, proficiſcitur. Illudq́; obſidet, obſeſſumq́; arietibus atq́; alijs tormentorũ generibus quatit ſubruitq́;, atq́; eo ui tandẽ potitur. Tum deinde uarijs excurſionibus agros propinquos uaſtat, circũiectaq́; loca, pagos, oppidaq́; (quæ minime ultro dedebantur (ferro igniq́; conſumit, atq́; in Galliæ regis ditionẽ cogit, prius uero q̃ Tartaſium Gaſto caperet durante obſidione ſex ex nobilioribus equeſtri ornauit dignitate, quos ſupra in Baronum numerũ retulimus. Aymericum ſcilicet rupefortenſem, Pontium uillamurum, Guillelmum hugonẽ rupefortenſem, Ademarum monlaurum, Bernardũ durfortenſem, Augeriũq; malauicinũ. Huius belli cauſa (quod Gaſto ſuis ſumptibus adminiſtrarat) ingẽs alienũ æs, præter id quod è ſuo ærario attulerat, conflauit. eoq́; nomine multis creditoribus ſe obnoxium fecerat, qui æs creditum indies ſedulóq́; repoſcebant Quod reſciens rex minimeq́; uolens ingratus uideri, pro ſumma Tartaſiũ.

Lautrecũ duodeuigĩti miliũ octingẽtarꝝ.xlij.ll'.Lautreci Vicecomitatũ Ga stoni attribuit. Anno.M.CCC.XLIIII. Eodẽ tempore Fuxẽsis lanamesanũ pagum mõtibus pyræneis situm ad Bigeriones perti

Laname-sanum. nentẽ, à Gyrardo daurensi Montalbani domino emit. Paulò ue-rò post Gasto eosdem milites easdemq́; copias bethicam in Sara-cenos adduxit qui eã ui tenebant, utq; esset auxilio hispaniæ Ara gonũ ac Nauarræ regibus, qui cum Mauris eò loci conflictaban tur, prius tamẽ q̃ pficisceretur, testamento (quod hortesij condi-dit) Helionorã cõiugẽ tutricẽ Gastoni filio ĩpuberi dedit, curãq; totius rei familiaris cõmisit. Igitur bethicã pfectus Gasto chri-stianorũ excercitum multo ualidiorem suarꝝ copiarũ accessu red didit. Tũ uero urbs Aldesirar acrius quã antea oppugnari cepta est. At Mauri Saraceniq; (qui intra præsidio inerãt) re desperata foras exeunt, aĩo quidẽ uel christianos superandi: uel oĩno decũ-bendi. Quos Guillelmus Raymũdus regis Andegarensis filius, cũ multo fragore ductabat, quẽ ut primũ uidit Gasto aggreditur factoq; ĩpetu occidit. Quo occiso Mauri, q cũ eò exierãt. Gasto-nẽ iratis animis cõstipãt, inq; eum crebriora tela cõijciunt, Ille ue ro diu multũq; pugnãs, ac de certamine fessus. (Qui enim tot ar matis obstitisset) in terrã decidit: multisq; acceptis uulneribus tan

Gastonis mors. dẽ morte mulctatur. Qua clade accepta Fuxẽses milites illuc mul ti accurrunt, quãq; possunt ui Gastonem (iã mortuũ) è turba eri-piũt, inq; castra cũ maxĩo christianorꝝ militũ luctu deportãt, qui-bus tũ quẽadmodũ eius aduẽtu magnæ uires additæ fuerãt, sic eo mortuo plurimũ animi defecerunt. Resq; christiana multo facta est ĩbecillior. Illũ igit exẽterãt, ac paucis post diebus maxima ĩpẽ sa bolbonã (celebre Fuxẽsis oræ Bernardinorꝝ cœnobiũ) sepelien dũ deferunt. Anno salutis Millesimo Trecentesimo Quadragesi mo quarto, administratiq; Comitatus Vigesimo nono.

De Gastone Phœbo, Duodecimo Fuxi Comite.

DEinde regnat Gasto cognomento Phœbus prædicti Gastonis ac Helionoræ filius, ingētis spūs uir procera admodum corporis statura, facieq; liberali atq; animo qualibet occasione ad irā prōpto. Adeóq; dicax ut scōmatis ac salibus sæpius uteretur. Rerūq; gestarum gloria ac belli peritia adeō insignis, ut suos maiores facile superaret. tantáq; præditus sapiētia ut omnia sine alterius consilio facile prudenterq; per se ageret. Ob etiam ingentem animi fortitudinem: inuictūq; robur nemo feré principū erat, qui eū non uereretur, ac summopere amicum cuperet. subindéq; æstus algorisq; ualde patiens fuit. Is admodum adolescēs, ac uixdum decimumquintū annū attingēs, in saracenos cū ualida militū manu quos Fuxi collegerat, (electo prius in sui custodiam corporis corbayrādo Rauatensi suo pernecessario fidei spectatæ magnæq; sapientiæ uiro) proficiscitur. apud quos maxima uirtutis ingeniíq; experimenta præbuit, adeó ut oēs christiani milites pariterq; Saraceni mirarentur. Tandē preclaris facinoribus æditis ī Galliam (hispanolleto ab hispania strenuo milite cui cum primis fidebat amisso) reuertitur. Eo tempore Rusticorum Beluacensium insolens turba (quos Iaquas à Iaqueo bellouaco quem regē ipsi constituerant appellatos constat) nobilitatem oppidoq̄ infestam habebat, atq; ideo duce Guillelmo Calleto circū omnia crassabatur, ac cædem multā faciebat, immania admittens facinora, quibus trecenti aut eo amplius Parisij (ignobile uulgus ac factiosa gens quorū Petrogillus dux erat) quingentiq; alij perditi homines iunguntur, hi omnes meldem profecti mercatum expugnare constituunt. Erant in eo mercato Gasto Fuxensis Comes, atq; Caroli uxor eius qui post Ioannis patris interitum Galliæ regnum obtinuit, alijq; nobiles. quod animaduertens Fuxensis ut

Gastonis phœbi mores.

Iaquæ Beluacenses.

audaciam (uel potius temeritatem) huiusmodi hominũ comprimeret, uimq; à regina aliaq; nobilitate (quàm iam moliebantur) arceret, correptis armis subitoq; accitis militibus, quos secũ strenuos habebat, in latrones ĩpetũ facit, omnesq; ad unũ enecat. Hos ferũt nauarrũ regẽ, cui cũ carolo ob normãniæ ducatũ simultates erãt, stipẽdiarios habuisse, ut eorũ opa aduersum regẽ ipsum uteretur. At multo aliter fuisse ĩtelligo ex dignis fide autoribus, qui enarrent Guillelmum calletum, Iaquarum beluacensium principem ac primarium, à rege Nauarro deprehẽsum, ultimoq; apud Clarmontem affectũ supplicio. Ast alij referũt (quod uero proximius est) Nauarrum intra sancti Dionysij oppidum cum Anglis ac Iaquis se continuisse, in eosq; adeò sæuisse Gastonẽ, ut magno Iaquarũ numero interempto in oppidũ Carolum paucis diebus reduxerit. Ideoq; credere est, Iaquas sub Nauarro (cuius Gasto postea filiã uxorem duxit) stipendia fecisse. Tametsi antea eorum ducem supplicio affecisset. Vt cũq; tamen sit satis constat Fuxensem in eos ꝓ Carolo duce Normãniæ bonam nauaſse operam, siue meldẽsi mercato: siue ad sanctum Dionysiũ pugnatũ fuerit. Is deniq; pta uictoria binos lepores niuei coloris regis insignia deferentes ac ueluti lilijs honorem exhibentes, depingi iußit. Taleq; sibi postea militare insigne habuit. Deinde uero rex Gastonẽ (quãquam ab eo multis esset ut diximus affectus beneficijs) eò adigere uoluit, ut pro Bernensi ora fidei iusiurandum prestaret, quod facere recusauit, libera enim erat, ac nulli alij subdita francæq; (ut uulgo dicunt) legis. Etenim eius oræ primi incolæ qui ex Berna (ut dictũ est) Heluetiorũ oppido processerunt ob strenuè in Saracenos nauatam operã à Carolo martello id priuilegio obtinuerant. Quãobrem id ægrè ferẽs rex, Gastonẽ eiusq; famulitij nobiliores in carcerem (quod Castelletum appellant) Parisius conijci iubet. Cæ

terum eo tempore Richardus Vualliæ prīceps Edoardi Anglorum regis filius, strenuißimus, omniumq́; regum ac principū orbis in bello fœlicißimus, è Britannia in Aquitaniam cum maximo excercitu aduentat, quā ferè paucis post aduētū diebus suæ ditionis facit. Quod resciens rex extemplo Gastonem è uinculis eximit, inq́; patriā dimittēs ei negociū dat ut tute ac fideliter Fuxum Bearnūq́; atq; omnem adiacētē montibus Pyreneis oram aduersum Vualliæ principem qui omnē Aquitaniæ tractum uastabat sedulò tueatur, eumq́; ui maxima atq; totis uiribus à suis finibus arceat. ne forte postea illa Aquitaniæ parte (q̄ natura loci munitißima foret) capta nimio plus Anglus ferociret. Igitur Gasto regis iussa impigrè facesßit, contraq́; Anglorū uim omnem Aquitaniā (quæ ad Pyræneos montes pertinet) cōmunit. oppidis præsidia collocat, castella firmat, ædificia reparat, cōmeatus remq́; frumentariam imperat, finesq́; adeò diligenter tuetur, ut his nihil penè detrimēti allatū ab Anglis fuerit. quin illos, excursionibus populationibusq́; uaria tentantes, sæpius fudit, ac retro pedem ferre coegit. Quod animaduertens Vualliæ princeps, ira incensus Gastonē accersi iubet, Diemq́; dici qua Burdegalæ sine mora appareret, At uero is longè prudēs nunquā ei parere uoluit, donec sibi tres nobiliores regiæ stirpis Angli obsides mitterentur, quos (quoadusq́; rediret) intra hortesium Castellum adseruari præcepit. Itaq; obsides nactus Burdegalā proficiscitur, quem aduentantem Vualliæ princeps perbenigne excepit, ac postea simul colloquio fruuntur. Princeps illum multis pollicitationibus, ut ad se deficeret. Atq; in sua uerba iuraret adducere conabatur. At frustra fuere preces. Quod animaduertēs Vualliæ princeps, minas addit, doloq́; eū enecare pertentat. Ne forte si apertè uis facta fuisset, in summū dedecus uerteretur, eum scilicet opprimere uoluisse, quem data acce

ptaq; fide accersi iußisset, atq; in aulam suã bonafide recepisset. Proinde uerebat, ne in obsides (quos Orthesio castello adseruari constabat) improbũ factum uerteretur. Deq; illis Bernenses, accepto mortis nuncio, suppliciumsumerent. Igitur callide agunt, ac rem minime properare statuunt, tãtisper dum obsides liberi facti essent, quod presentiens Gasto (etenim quidam nobilis omnia detexerat, in aula enim principis ut uaria sunt ingenia, ita non omnes fideles, quin secreta interdum aliqui pandunt) periculum uitat, ac simulans se aliò proficisci, marsanum propere contendit: atq; inde ad Orthesium appulit. parumq; abfuit, quin in obsidum caput proditionis pœna recideret, atq; illi ob impium factum, ac rem dolo tentatam morte mulctarentur. Tãdem nihil aduersi in eos statutum est. sed ut ipsis nihil imputandum erat, sic impune tulerunt. Tum uero Vuallius princeps haud quidem æquo ferens animo Gastonis reditum qui sic clanculum abijsset, plenas irarum literas ad eum mittit, quibus etiam illi mortem, non solum bonorum iacturam, minaretur. At ille semper sibi constans, iramq; principis nihil ueritus, tres manus illi singulas ficus habentes, phylira depictas mittit. quò scilicet intelligat, se eius minas flocci facere, neq; multum pensi habere, quali sit erga se animo, ad bellumq; paratum esse, si armis ac ui contendendum putet. Post uero paulum temporis Pyctauensi agro rex Galliæ Ioannes alijq; regni nobiliores ab illo capiunt, cui bello tametsi Gasto nõ interesset, (quippe regni fines eãq; Aquitaniæ partem quæ ad montes pyreneos pertinet iussu regis tuebat) tamen is semper in regis fide permansit, neq; unq̃ persuaderi potuit, ut a rege ad Anglos deficeret, quãquã uictoria ad Anglos inclinaret, atq; ad id crebrò mißis literis sollicitaret. Gastoni Agnes Nauarri regis filia nupsit, ex qua filiũ suscepit, cui etiam Gastoni nomẽ. Hic

po stq̃ adoleuit, patrẽ odio habuit, ꝗ scilicet oĩa nõ ꝑmitteret, ꝗ q; illiberaliter (ut ipse aiebat) tractaret. Ad hæc etiã ꝗ sua mater Agnes parũ uiro grata foret, ob idq́; comitis sæuitiã metuẽs ab eo diuertisset nauarrãq; se cõtulisset ad fratrẽ Carolũ regẽ, neq; tã ut ibi esset securior, q̃ ut ab eo quinquaginta librarum millia (quæ ꝑ albreto ut infra dicet Gastoni ꝓmiserat) repeteret. His igitur de causis Gasto filius ad Carolũ auunculũ Pãpilonã ꝓficiscitur cupiẽs etiã matrẽ uidere, quæ illic cũ fratre agebat. Tũ nauarrus Phœbũ odio habẽs, ꝑtim ob sororẽ malè ab eo habitã, ꝑtim ob antiquas cũ eo inimicitias, cũ Gastone nepote agit, ut patri uenenum porrigat, quod presens ac preparatũ dat. ꝑsuadetq́; minime lethiferũ esse, quin tantũ poculũ amatoriũ, cuius uis esset, ut eo ebibito atq́; exhausto, protinus Phœbus summo desyderio uxoris ac filij teneret, neq; quiesceret unq̃ donec utrũq; sibi amicitia cõciliasset. Tũq; facile posse ab eo ĩpetrari quicquid libitũ fuisset, quibus persuasus Gasto (quid enim iuueni persuaderi non potuit) uenenum accipit, illo haud quidem alia mente in patrem usurus, quàm initio acceperat. Tumq́; in patriam reuersus, Dum popinam preter solitum morem ingreditur. Venenum cibis immixturus, pixis (ubi illud condiderat) illi excidit, quàm sublatam unus ex popinæ ministris medicis exhibet, qui mox uenenum mortiferum esse iudicãtes, filium patri deferunt. (iuanio Fuxensi Phœbi comitis notho accusationem uehementer adiuuante) qui deprehensus uenenum & ueneni authores palam facit. Igitur damnatus iubente patre per tortorem necatur. Sunt authores qui affirment illum comperto crimine in carcerem missum, atq́; inibi patris dextera, cum ei inuito ac languenti cibum ingereret, pugionis ictu, quo os longè renitens aperiebat, de improuiso confossum, quod utrumq́; mortis genus tametsi immane ac crudele sit, hoc quòd patris

Mors gastonis phœbi filij.

manus filio mortem inferat, illud quod tortoris ignominioso ictu percutiatur, tamen adducor potius ut credam clam à patre in carcere suffocatū. Quo mortuo nulla superstes Phœbo fuit legitima soboles, sed tantum duo nothi, quos ex diuersis matribus suis cōcubinis, susceperat. Quorum uni Iuanio, alteri Gratiano nomen fuit, Hic Gasto uxorem habebat, Beatricem Armeniacam (uulgo Lagayā dictā) Armeniaci Comitis filiā, sed prius à patre interēptus est, q̄ eam domum traduceret, ac matrimonium concubitu cōsumaret. Quāobrem illa post eius mortem Bernabouem Mediolani Vicecomitē secundū sortita est uirum, qui postea à Ioanne galeacio nepote captus: atq; in carcerem missus est. ut scilicet is uniuerso principatu potiretur. Cū antea Mediolanum ambobus cōmune esset. Quam rem ægrè ferēs Ioannes Armeniacus Beatricis frater: illius nūcijs ac literis sollicitatus, preterea Florentinorum qui ab eo in galeaciū subsidium deposcebant precibus illectus, animū ad bellum, uindicandamq; iniuriam adijcit. Itaq; perditam gentem (quæ ex militia in predā se cōuerterat, ac celebrioribus aruerniæ Lemouicorūq; oppidis ui se intruserat) oīa circū ferro igniq; uastātē colligit. Igitur sororis misertus (quæ nimium abiectè in Italia habebatur, marito scilicet capto atq; insuper omnibus spoliato bonis) Armeniacus cum uiginti millibus equitum alpibus superatis, Alexandriam Mediolanensis ducatus insignem ciuitatē obsidet. quod audiens Galeacius, qui tum Ticinensi urbi inerat, Iacobo bermio uiro industrio: atq; adprime rei militaris perito: curam demandat, ut cum duum milium ac quingentorum equitū turma subsidio Alexandriam proficiscatur. Quò cum aduentasset, quosdam ex equitibus in insidijs collocat, alios aperto campo hostes expectare iubet. At Armeniacus ingentis spiritus uir, bellandiq; cupidus, cū centum equitibus tantū ducentos equites, qui nō

procul

procul ab urbe de cõposito operiebantur, adoriri properat. Illi ut erãt iussi ad Vermiũ, qui uno tantum miliari illinc in insidijs aberat, palãtibus similes retrocedũt: sic hostẽ ad se uincendi cupidũ trahentes. Mox uermius ut hostes propius adesse sentijt, ex insidijs illos adoritur. Armeniaci uero, tametsi militũ numero multo inferiores essent, fortiter tamẽ pugnant, ac multos ex hostibus interimunt. Ea pugnæ luce sol leonẽ ingressus plus solito æstu maximo atq; intolerabili ardentius ferbuerat, nullis spirãtibus auris, nulloq; uenti flatu calorẽ tẽperante, adeò ut equites, qui toto corpore armati erant, & armorũ onere, & illorũ ob solis ardorẽ excãdescentia, præ estu iam animo deficerẽt: uiresq; eis minuerẽtur. Tum Comes Armeniacus, simili estu: ac pugnandi labore fatigatus: animoq; deficiens, ab hoste se subtrahit, ut uires resumeret. atq; interea inuento fluentis aquæ riuulo largius ebibit, interq; bibẽdum sanguis qui ebulliebat ob nimiũ calorem, aquæ frigore cõgelatur. confestimq; uoce defectus in apoplexiam uersus est. Qui deinde ab hostibus inuentus, ac demum Alexandriam elatus mortuus est. Sub idem tempus Lencastriæ dux Archiepiscopũ Burdegalensem Aragoniam miserat, summas Anglo debitas à Ioanne Aragonum rege repetitũ. quod cum illi admodũ displicuisset, Burdegalensem Barchinonæ in carcerẽ mitti iubet. Quod ut resciuit Lencastrius, qui tum castuloni agebat, Ioanni bernensi Bigerionum Senescallo, Petro dãthinio, Arnaldo rustanno, Arnaldoq; sanctæ columbæ, qui tum pro anglo Lordensi castello natura loci munitissimo cum ualida militum manu inerant, mãdat. ut cum copijs Aragoniã proficiscantur, Barchinonãq; bello quatiant, aliaq; Aragoniæ oppida tantisper dum Burdegalensis uinculis eximeretur, Angloq; debitum persolueretur. Igitur illi læti mandata facessunt, cumq; pluribus Castellis atq; oppidis Arago

niæ potiti fuissent. Tum etiã Castellũ uetus Rohanesij, octo milliaribus a Barchinona distans, ꝑpter loci opportunitatem capiũt. quò illinc excursionibus Barchinonenses premere, illorũq; agros oppidáq; populationibus uastare, ac postea eodem loci se recipere facile possent. Quod molestè ferens Vicecomitissa Castri boni (ad quam castellum illud pertinebat) Gastoni Fuxensi consanguineo suo literas scribit, quibus certiorem faceret, se à Bernensibus Fuxensibusq; nimium opprimi, ab hisq; castellum iniustè occupari, quod ad se optimo iure pertineret. Ille remisso nuncio, eam bono animo esse iubet. neq; tam Castellum à militibus occupatum esse ut ei adimeret, quã ut illi eò se facilius reciperent scribit. atq; id propediem sine ullo detrimento restitutum iri. quod etiam mox Gastone iubente factum fuit. Cuius rei causa Vicecomitissam suspectam habens Ioannes Aragonum rex proditionis insimulat, illa ad Gastonẽ rem defert. cuius interuẽtu à rege obtinuit ne ob hãc rẽ illa quicq̃ pateretur. Eodẽ tẽpore Rochefocaudus Gallus Captaubusij ex sorore nepos, ac Guillelmus mõferratẽsis anglus singulari certamine cõtendere Burdegalæ instituerant. Quod ut resciuit Gasto phœbus Rochefocaudo sibi ꝑnecessario suæ domus nobiliores, ut & consulerẽt & arma cum opus foret exhiberent, simulq; equos atq; arma, quibus tũ ille egebat misit. Eodẽq; ferme tẽpore Carolus rex Galliæ Borboniũ ducẽ qui Ioãni castulonis regi aduersum Portugallum ducemq; Lencastriæ opẽ ferret, cũ maximis copijs Hispaniã mittit. Ac prius q̃ is proficiscat, deliguntur Guillelmus lignacus & Galterius passacus rei militaris ꝑitissimi, q̃ primũ ductẽt agmen, q̃ ubi cũ maximo equitũ peditũq; numero Tolosam aduenissent, tũ Gastoni Fuxensi, qui hortesij agebat, nunciatur eos ꝑ Bigeriones ac Bernensem orã iter facturos, atq; illinc in Nauarrã deindeq; in Castulonem excercitũ

transmissuros. Quibobrem confestim dat operam, non quidem ut illi itinere prohibeantur, sed ne quicq̃ detrimenti subditis inferāt. nempe quacūq; iter facerent, eos uictum nullā impensa imperare audierat, cogereq; omnes susq; deq; necessaria conferre: equisq; pabuli subministrare. Itaq; iubet omnes subditos armari, eosq; diligenter prouidere, ne Galli quicq̃ ab inuitis extorqueant. quin si quid moliantur, illis audacter ac strenue aduersari. Et ut omnia tutiora forent aduersum uim hostium, firma præsidia oppidis ac Castellis (quæ plura & Fuxensi & Bernensi oris habentur) munitiōesq; locat. Cuius rei curā imprimis Arnaldo Guillelmo & Petro Bernensi suis fratribus nothis. uiris utiq; strenuis demandat. Qui extemplo dant operam, ut centum equites (quos lanceas appellant) Appamiam præsidio teneant. Espaennius Leonensis Sauardunū. quod ab Appamia quatuor miliaribus distat. Cicardus sanligerius Maserias. Petrus Bernensis Gastonis frater, cū centum equitibus bellum podium. Petrus capistagnus sanctum epartium, Petrus manaldus nauallienfis, cum quinquaginta equitibus palaminicum ad Garunnæ ripam situm, Petrus Latocensis Castellum Lanamesanum, nothus despregnius Morlanum, Arnaldus Guillelmus alter Gastonis frater cum centum equitibus palum insine Bearni oppidum ubi arx est excellenti miroq; extructa opere in qua Fuxenses principes ut plurimum se continent. Guido Motanensis monmarsanum Salueterræ celebri Bearni oppido, Iuanius seu Iobbanius Fuxensis Gastonis haud quidem legitimus (ut diximus) filius præsidio inerat, Verdollius Nebosanus Montisquiuo, Ioannes sanctæ Marcellæ Oloroni amplißimo Bearni oppido, Hector lagardensis Mongerbellio, Ioannes Castronouus ertiellio, Arnaldus ab Hispania Gastonis consanguineus sancti Gaudentij Oppido, sito intra fines

Nebosanensis oræ preficitur. aliiq; aliis locis atq; oppidis. adeò ut nulla ferè arx aut oppidum ad Gastonẽ phœbum pertinens præsidio uacaret. Et iã ferebatur Fuxensem Comitẽ fortissimorũ ac lectissimorum militum numerũ collegisse, qui Gallos itinere prohiberent, Quum lignacus passacusq; Gallici doctores excercitus, quorũ hic Carcassonæ: ille autem Tolosæ cum copiis inerat, Castellum Dariũ medio Tolosæ Carcassonæq; itinere conueniunt, ac multum diuq; de ea re simul consultant. Tandem constituũt ad Gastonem proficisci, Passacus igitur cum quadragĩta equitibus, Tarbiam insignẽ ac primariam Bigerronũ ciuitatẽ aduentat. ubi Danthinum barbasanũq; illius oræ nobiliores inuenit. A quibus percunctatur, quam rem Gasto comes agat, ac quã ob rẽ oppidis præsidia locet, nũ in animo habeat Gallos itinere prohibere. Anthinus Fuxensem comitem fortem strenuũ prudentẽ ac etiam liberalissimũ esse, nihilq; tale cogitare aiebat. At Barbasanus contra. Quippe Armeniaci partes sequebatᷓ. Postero die passacus hortesium aduenit, ubi à Gastone est perbenignè liberaliterq; exceptus. Tum uero profectionis causam exponit, oratq; ne se suosq; milites lignacũue iussu regis in Hispaniam proficiscentes, impediat: quin æquo animo patiatur, se per Fuxẽsiũ Bernensiũq; fines in castulonẽ copias traducere. Idq; se facturũ sine ullo subditorũ impendio pollicetur. nihilq; ab his nisi presenti pecunia accepturũ. Cui comes placidè respõdit, se non regis ullo odio Dãnoue præsidia oppidis ac castellis posuisse. Sed ut se suosq; subditos ĩsolita libertate cõtineret, accepisse enim Britones, Lothoringos: ac sequanos (gentem ferocem) quacũq; iter facerent. oĩa pro nutu imperare. Quãobrẽ se non passurum unq̃ ut subditi dãno quouismodo afficerentur, quos ipse in maxima securitate continere promisisset, presertim ꝙ illa ipsa ora ea prerogatiua frueretur, ut nulli

mortalium (præter ſe) ſubdita foret. quãobrẽ ſe nunc illis tranſitũ liberè permittere. modo pollicitis ſtent: ac uictum preſenti pecunia cõparent. Tumq; eos diſerte admonet, ne cum in Hiſpaniã tranſmiſerint, temere ad bellum procedãt, neq; adproperent cum hoſte manum conſerere. ſed omnia cautius ac mature peragant. ne ſi forte precipites ad bellum ferantur, cum maximo eorũ dãno ſit. Anglos enim Portugalloſq; (qui tum Hiſpaniæ, ſub duce Lencaſtriæ ac Portugalliæ rege ſtipendia facerent quorũ mores ipſe optimè nouiſſet) adeò eſſe oĩm rerũ ægenos (quippe quibus antea omnibus bellis fors aduerſa fuiſſet) ut iam nihil magis q̃ bellum appeterẽt fortunãq; denuo experiri cuperẽt. Edocetq; huiuſmodi milites, qui neceßitate coacti ſpeq; lucri ad bellum ferantur, multo eſſe audentiores: pſperiorïq; ut ſæpius fortuna uti. Idq; iã ſuperioribus bellis expertos ait Bernenſes, qui cum multi ad bellum pro Ioãne rege Caſtellæ proceßiſſent omnes à Portugallis interempti eſſent, tametſi eos ut cum illis prudenter aſtutèq; bellum gererent premonuiſſet. Tum etiã q̃ Lencaſtriæ dux facile intelligeret, Caſtellæ regnum (quod uxor armis uindicabat) ſe minime quidem obtenturũ, ni bello ſuperior euaderet. At unius pugnæ uictoria, totius regni incolas adacturum, ut in ſuæ uxoris uerba iurarent. Tandẽq; Gaſto paſſacum a ſe multis donatũ muneribus dimittit. Eodem tempore cãtabri, qui tum regis Angli partes ſequebantur (quorũ octoginta celebriora ſunt oppida) ueriti ne galli illuc trãſituri omnia ferro igniq; uaſtarent, cõmuni cõſilio quatuor ex pceribus deligunt, qui Horteſium à paſſaco lignacoq; ducibus pacẽ petitum eant. quod intercedente Gaſtone phœbo (nempe ei uicina gẽs erat) facile obtinuerunt. Ea Gallorum in caſtellam profectio, ſicuti Fuxẽſibus Bernenſibuſq; nullo fuit detrimẽto, ſic eorũ principi Gaſtoni maximæ fuit impenſæ. quippe cum munificẽtiſ-

ſimus eſſet, alios equis, alios ualidißimis ad uenatum canibus (quos quingentos ſupra mille habebat) alios argenteis crateribus, alios centum, alios quinquaginta aureis: pro uniuſcuiusq; dignitate donabat. Tantaq; erat in eo munificētia, ac liberalitas, ut quotannis triginta aureorũ millia eoue amplius donãdo īſumeret. Ac nihilominus in ærarium auri argentiq; maximam uim inferebat. adeò ut eũ intra horteſij arcē trigeſies cētena millia librarũ ītuliſſe, triginta tantũ annis quidã authores ſcriptũ reliquerint. Quæ omnia tametſi à ſubditis exægiſſet, tamen nunq̃ quiſq̃ illorum id iniquo tulit animo, neq; tributa aut uectigal illi planxit, Quin omnes neſtoreos annos aſſiduè precabantur. ac quinquaginta millia hominum & Fuxenſis & Bernenſis oræ reperta fuiſſent, qui cum Gaſtone domino una mori (quæcũq; ſors tuliſſet) cuperent. que res magnum indicat amoris affectum. quem erga principem haberēt. Nec abſre ſiquidem is in ſumma quiete ac libertate illos continebat, non iniuſtis premebat exactionibus, non ui, non dolo quicq̃ à ſubditis extorquebat. quin aßiduè ac diligenter ab exterorum iniurijs. atq; impreßionibus illos tuebatur. Iuſtitiæ officia in omnes equabiliter excercebat, talemq; ſeſe ubiq; exhibebat, qualem uirum bonum, iuſtum, prudentem, ac liberalem eſſe oportet. Poſt paulum temporis Dux Borbonius ab Hiſpania (quò iuſſu Galliæ regis, auxilium Ioanni caſtellæ regi laturus ierat) in galliam redire, & iam Bearni finibus appellere ferebat, quum Gaſto cum quingētis equitibus ei ad Saluæterræ oppidum procedit obuiã Qui ubi conuenere, ſimul dextras coniungunt, Et mutuis colloquijs, amplexibusq; ſe inuicem colunt. alterq; alterum amicè ac familiariter (pro more principum) ueneratur. pauloq; poſt Gaſto ab duce Borbonio quadam planicie campi ſeparatus, tres nobilißimos ſuæ gentis equites, mittit, qui ſuo nomine Borbonio quinq;

lectiſsimos ac velociſsimos equos, ſimulq́; octo millia librarum dono offerant. At Borbonius illis donum offerentibus reſpõdit, ſe equos in Fuxenſis comitis gratiam accipere, pecuniam uero minime quidem. Quãobrem illam eidem referrent, quam ipſe perinde acceptam haberet, atq́; ſi in ſuum ærarium iam illata fuiſſet. Quo nomine ualde gratulabatur Fuxenſi, à quo tanta beneficia accepiſſet, Tamq́; pulchris eſſet donatus muneribus. Poſt hæc Borbonius tentorium (quod Galli papillionem appellant) ſubiẽs, maxima procerum comitante caterua in urbem ingreditur, inq́; Gastonis ædeis diuertit. ubi triduo immoratus, ampliſsimis opipariſq́; conuiuijs exceptus eſt. Quem tandem Gaſto (poſtq̃ ei rem omnẽ familiarem oſtendiſſet, atq́; eius equitibus ampliſsima donaſſet munera) à ſe dimiſit. Anteq̃ uero Armeniacus (ut diximus) italiam peteret, Manaldus barbaſanus eius miles, Mõteſquiuũ (Bolueſtrẽſe oppidũ ad Agnetẽ nauarrã Gaſtonis phœbi cõiugẽ ꝑtinẽs) cõſcẽſu murorꝶ, ſcalis noctu admotis nemineq́; id opinante, cæpit. ac mox ĩde cũ copijs Appamiã aduẽtat, & ferro igniq́; ſegetes (q̃ ad Villanouanum uicũ ꝑtinerẽt) uaſtat. Cui nothus hiſpaniẽſis, collecta ſubito Appamiẽſiũ manu, occurrit. Ac paruo negocio fuſis militibus: captiuũ illũ cũ filio horteſiũ deducit. qui paucis poſt diebus ingẽti pecunia ſeſe redemerũt. Qua de cauſa quũ ãnus à Chriſti ortu. lxij. ſupra tredecies cẽteſimũ ageret, ĩter Gaſtonẽ phœbũ atq́; Armeniacũ grauiſsimum (ſi quando antea) exortũ eſt bellum Atq́; ob id ingens militũ numerus (breui tẽpore) ad utrũq́; conceſſit At quia Gaſto Armeniacũ cũ copijs Launacũ iturũ audierat, hũc eò loci cũ delectis militibus operiri cõſtituit. Quorꝶ principes erãt Iordanus ĩſulæ Comes, Cẽtollius ſarratẽſis, Cardonẽſis, Paleacẽſiſq́; comites. Coſerani Vicecomes, Rogerius bernardus Caſtribonẽſis, alijq́; ſtrenui ac fortiſsimi uiri. Itaq́; eò aduentans ad Launacũ.

oppidi mœnia castra posuit, Armeniacū bello excepturus. Qui nō multò post eòdem adfuit, cum suis copijs Gastonē aggressurus. Ille (ut erat consideratus ac belli peritißimus) excercitum iam in treis acies disposuerat, Primā ductabat Cardonæ comes, alteram Rogerius Bernardus, Tertiā Vicecomes Coserani. Ipse autem excercitum obequitabat, circūibatq́; omnē locum, ne quid forte fraudis doliue admitteretur. Prospiciens etiam ne ipse suiq́; milites corona cīgerētur, ac deimprouiso (ut sæpe fit) à tergo ab Armeniacis cederētur. Eo bello diu acriterq́; utrinq́; pugnatū est. At finis Gastoni tandē uictoriā attulit. Armeniacus multis affectus uulneribus fugam molitur, sese nemori (quod haud procul à launaco abest) abdens, quem miles germanus (ex qua gente plures sub Gastone tum stipendia faciebant) insecutus captiuū facit. Atq́; inter capiendum ignominiosa uerba proferens fugam illi uehementer exprobrat, nemoráq́; latronū & perditorū hominū simul ac ferarū latibula, non autem fortißimorū uirorum receptaculum esse ait, illūq́; post paulùm ad Gastonē ducit, ducuntur etiā alij qui eo bello capti fuerunt, uidelicet Cōnenarum comes, Mōlasunus, Carolus albretēsis duoq́; eius fratres, Faugarij duo, Ioannes lantarius Rogerius daspellus, Pardelianus, Forticus santarallius, Baseliacus, Castrobaiacus, Pontenarus, Bartensis, Fymarconus, Fesensaguetus, Guynatus, Turtonus, Tàrridensis, Barbasanus, Syndicus latrauus, Sensacus Armeniaci Senescallus, Montesquiuus, Gaßiotus Castronouus, Moncarus, Hillerius. Ferrollius, Alijq́; strenui nobiles ad noningētorū numerum, Hunc Ferrollium deinde Fuxenses milites probris insectabātur, atq́; mirum immodū irridebāt, quòd Gastonē phœbum cui sæpius insidias parasset, nūq̄ potuisset capere, A quo ipse citra insidias atq́; astum aperto marte captus fuisset. Illi igitur in uarias arces custodiendi deducuntur, unde

Armeniacus capitur.

Ferrollius.

tur, unde nunq̃ exempti sunt, donec ingenti pecunia sese redemerunt. Adeó ut Armeniacus Gastoni ꝓ se atq; aliquot suæ domus nobilioribus (qui etiã capti erant) liberãdis decies centena millia librarũ impendisse. Arcisq; Fuxẽsis (ubi ipse detinebatur) bonã partem suis sumptibus exædificasse dicatur. Tertio uero ac decimo anno post, Armeniacus iniuriam à Gastone phœbó acceptam ulcisci cupiens (quippe manebat alta mente repostum Launacũ bellum quod ei maximo dãno & ob ámissos milites & ob ingentem auri uim depensam fuerat) Iterum exercitum cõparat,, atq; Caseras, oppidũ ad Gastonẽ pertinens ui capit. Quod ut resciuit Gasto, qui tum pali agebat, collectis subito copijs eó contendit: atq; oppidum obsidione cingit. Cum uero Armeniacus nullos sibi milites subsidio mitti: nullosq; cõmeatus (defectis iã quos antea habebat) importari cerneret, uigesima obsidionis die Gastonẽ orat, ut se suosq; milites (citra ullum uitæ periculum) in deditionẽ accipiat: Cui ille lubens annuit, uerũtamen Armeniacis per oppidi portas nõ patuit exitus, quin diruto oppidi muro per foramen quod (quãtum uni transeunti sufficeret) factum fuerat, singuli transire iubentur. Quos deinde destinati ad hoc milites ad Gastonẽ deducebant. Postea uero q̃ omnes ex oppido exiere, reliquis abire iussis, Armeniacũ, Albretum, Barbasanum, Benacum, Cornellium, atq; uiginti alios ex nobilioribus Gasto cæpit, atq; ad hortesium castellũ deduxit. à Quo tandẽ numerata prius bis cẽtũ mille librarum summa è uinculis eximuntur. Albretus autẽ cum in numerato pecuniam non haberet, fidem dedit se quinquaginta librarũ millia, certa die Gastoni exsoluturum. cui stipulationi Rex Nauarrus (Gastonis socer) adpromißor acceßit. Quæ res deinde (ut iã supra diximus) Gastoni comitis phœbi filio immaturam mortẽ attulit. Eodem ferè tẽpore Mirapiscenses domini pater filiusq; ingẽ

Armeniacus à Gastone iterũ capitur.

M

tibus odijs mutuò decertabāt, atq; aßiduis (& plusq̄ ciuilibus) bellis sese lacessebāt, cū Gasto, pietatis officio motus, animū ad componēdā īter eos pacē adijcit. Quod primùm literis nūcijsq; utriq; illorū mißis tētauit. Deinde cū nihil pficeret, ira accensus, memor etiam quòd illi Armeniaci ptes aliquādo secuti fuissent, suisq; inuassent copijs, collecta militū manu eos armis appetit, ac cū ītra Mirapiscense oppidū sese seorsum recepißent, obsidione premit. At uero cum Fuxenses milites in muros euadere conarētur, oppidani acerrime resistūt, neq́; illos patiunt ullatenus ingredi. Tādē re desperata pater filiusq; sese dedunt, quos tamē Gasto, cōposita prius inter eos pace, liberos dimisit. Oppidū autē, quòd tā ptinaciter restitisset, flāmis destrui iußit. Solutus Armeniacus haud multo post iniuriā ulturus, cōparatis copijs bellum Gastoni indicit. locūq; demōstrat (cui Bonrepausio nomen) ubi congredi deberent. Die dicta cū maximo excercitu illuc Gasto phœbus cōtēdit, atq; ibi castra ponit: Armeniaci aduentū operiens. Ille uero Mirapiscēsi oppido cōsistēs, ut audiuit Gastonē cum copijs aduentasse, haud mora facta illinc digreditur, atq; in fugam cum suis militibus se carcassum primum: moxq; Tolosam proripit. Quo phœbus etiam cum copijs celeriter aduentat. Cunq; suburbijs (quæ ad Narbonense castellum pertinent) appulisset ratus illic Armeniacum turpiter occultari ea subito comburi iußit, ac deinde in Maseriense oppidum se contulit. Quo accepto detrimento, Tolosates Miromōtem oppidum prope Tolosam, quò se Gastonem phœbum recepisse rebantur, obsidione cingunt. At uerò ille è Maseriarum oppido cum armatis militibus in eos propere mouet, ut imprimis Arnaldo guillelmo suo fratri notho (qui illic præsidio inerat) auxilium ferret. At nimium longa fuit mora, si quidem paulò ante q̄ Gasto illuc aduentaret iam Tolosates illum sese ultro dedere uo-

Mirapiscēse oppidū à Gastone phœbo exustum.

Tolosæ suburbia à Gastone phœbo cōbusta.

lentem impiè ĩhumaneq́; interemerant. Quocirca id acerbè ferens Gasto phœbus, impetum in illos facit, atq́; ad unum omnes enecat. Et si qui forte è manibus hostium elapsi in fugam se uertissent, eousq́; insecutus est, quousq́; Aurigeræ & Garunnæ uorticibus (quibus se crediderant) absorpti miserè turpiterq́; perijssent. Successu dein temporis, contracto matrimonio (ut iam supra diximus) inter Gastonem phœbi comitis filium & Beatricem Armeniacam uulgo lagayam (ob genuinum uultus splendorem & lætam indolem) dictam, hæc ingentia ueteraq́; odia quieuerunt. Tūq́; pax, inter has nobilissimas clarissimasq́; domos Fuxensem & Armeniacam, composita est. Post aliquot annos Dux Lencastriæ ab Hispania in Galliam uenerat, intraq́; insignem Baionæ urbem se continebat. Cui erat honestissima ac pulcherrima filia, hanc Biturigum dux Caroli Galliæ regis auunculus matrimonio petit, atq́; ad hanc rem nuncios ad eum literasq́; mittit. quibus significaret pronum erga illum animum: atq́; inter omnes principes eius affinitatem optare, eiusq́; filiæ imprimis deposcere nuptias. quæ res cum grata admodum Lencastrio fuisset, rescribit se illi affinitate coniungi maximè cupere, atq́; gratulari, ꝙ filiam matrimonio dignaretur. Tamen eam rem (cum perpetuo uinciatur nexu) maximo oĩm consanguineorum egere consensu. Quocirca daret ipse maximā operā, ut oĩa maturrimè cōfierēt. Literis sic alterutrĩq́; missis, dux Lēcastriæ ut hoc nūcio hostes terrerētur, præcipuèq́; Ioānes castellæ rex (quē capitali odio ob regni successionē ꝓseꝗbat) literas earūq́; sentētiā palā fieri iussit. Quāobrē gastoni phœbo illarꝝ exēplar mittit, ad quē utiq́; sciebat nobiles aliosq́; ꝗ è gallia ĩ hispaniā uel alloquēdi castellæ regē uel religionis gratia ꝓficiscerent, solere cōfluere. Tum etiā ad Carolū Nauarræ regē (cui Castellæ regis soror nupta erat) simulq́; ad Portugalliæ regem

literas dat cum Bituricensium literarum exemplo, ut ea fama per Hispaniam increbresceret. Cæterum Ioannes Castellæ Rex, ut ad eum perlatus est rumor de suorum procerum consilio ad id matrimonium animum intendit, mißisq; ad Ducem Lencastriæ legatis obtinet, ut is Catharinam filiã in matrimonium filio suo polliceatur, quod ut resciuit dux Biturigũ qui (ut supra demonstraui illam sibi dari cupiebat) aliquot dies mæstus fuit. Cæterum ut uidit se hac spe destitutum, animũ ad nuptias Boloniensis comitis filiæ cõuertit, quã Gasto ei pernecessarius domui suæ alebat eiusq; corporis & bonorũ curam habebat. Itaq; literas Fuxensi mãdat, quibus significaret se quatuor ex nobilioribus regni ad eum propediem missurum. Qui consanguineam Boloniẽsem quã domi nutriret in matrimonium peterent, ac super ea re quod oporteret prudenter tractarent, seq; illũ uehemẽter orare ut ad hanc rẽ facilẽ se præberet, ĩ sua enim ptãte situm affirmat ut hæc prosperum finẽ sortirẽtur, aliaq; huiusmodi, cui ut respõderet Fuxensis literas itidem mandat, quas illis ipsis nuncijs tradit in hanc ferè sententiam, se his rebus quæ literis continerẽtur. Letiorẽ multò factũ paratũq; se esse legatos, si quãdo ab eo mitterent, amicè honorificeq; eius gratia excipere. Quibus acceptis Biturix confestim dat operam ut alijs aliæ literæ nuncijq; mitterentur, quo res ad finem perduci facilius posset, quippe certò sciebat Fuxẽsem haud ulla in re leuem ac credulum esse, quin omnia exacto iudicio ac sapiẽtia perpendere. Quocirca in primis legatos ad Clementem pontificẽ Boloniensis pernecessarium mittit oratum ut matrimonio consentire uellet, cuius rei causa ille postea literas ad Gastonem scribit, orãs ne animũ ab eo matrĩonio auerteret quod è re puelle maximè esse uideretur. At Gasto cognita uoluntate rem aliquantum differt, ac dissimulat, quò scilicet in amicitia & Pontificem & Bitu

rigẽm contineret, Interea dum hæc agerentur, Ludouicus Sancerrensis regiæ militiæ magister (quem Galli Marescallum appellant) qui intra fines occitanæ linguæ se ob bella continebat, literas à Gallo rege accipit, quibus iubebatur Gastonem adire, ac super Biturigum ducis matrimonio alloqui, subindeq́; pronũ ipsius animũ ei significare. Quãobrem is è Tolosa Hortesiũ cum quingẽtis equitibus proficiscitur, Quod ubi accepit Gasto, Cõfestim arcem Hortesiã qua illũ hospicio recepturus erat, preparari iubet. Illiq́; maximum honorem impendi. iuitq́; ipse obuiam cum trecentis equitibus, atq́; illum intra urbem cum maxima pompa deduxit. Tum inter se multos uariosq́; sermones serunt. Sancerrensis Gastoni palam facit, regi esse in animo, cũ linguæ occitanæ orã inuiset, eum adire. atq́; alloqui. maximeq́; cupere ab eo scire utras partes sequi mallet, Gallorũ ne an Anglorũ, inter quos tũ dißidia ac contentiones essent. Ac subinde Regis nomine orat, ut matrimonio, quod inter Biturigem Boloniensemq́; tractaretur, consentire uellet. cui perbenignè respondens Gasto phœbus, regis quidẽ (inquit) aduentus mihi longè gratißimus est futurus, quippe quẽ uidere iampridem cupiã. sed enim quod arma his bellis nõ induerim, neq́; ullius partes secutus fuerim, iustam causam affero, quòd scilicet Bernensis ora (quam incolo) semper libera: atq́; ab omni tributo ĩmunis fuit, nec quisquã mortalium est qui in ea sibi quicquã iuris uendicet. preter me qui eam deo optimo maximo tantum acceptã refero, quamobrem haud quidem operæ pretium fuit has uel illas partes sequi, ne forte cum alterius inissem gratiam: in alterius odium incurrissem. Tametsi non ignorem Armeniacum ueterem hostem, maximam dedisse operam, ut utriusq́; regis (Galliæ scilicet & Britanniæ animum in me prouocaret. Siquidem Vualliæ princeps, paulo anteq̃ Hispaniam proficisceretur, nobis bel

lũ Armeniaco instãte inferre cõstituerat ni Chãdonius strenuus miles illũ à proposito auertisset. Et quãq adhuc multorum odia in me quotidie excitet, tamẽ deo optĩo maxĩo iuuãte sic me cõtineo, ut nihil mihi meisuæ subditis quicq nocitum, ut nostris possessionibus ne minimũ quidẽ detrimenti allatũ fuerit. Tandẽ Sãcerrus postq cõuiuijs celebratibusq; sex dies exceptus fuisset, multisq; affectus (ut mos Castonis erat) muneribus discessit. Paulò uerò post ut accepit Biturigũ dux, Lẽcastriæ filiã, quã ipse matrimõio petierat ad Ioannẽ castellæ regẽ deductã, Carolũ Galliæ regẽ ac Burgũdiæ ducẽ obnixè orat, ut se adiuuẽt, ac simul dẽt operã pficiendo cũ Boloniẽsi matrimõio. quod haud facile factu esse aiebat. (Quãq uirginis parentes atq; etiam Clemens romanus põtifex ei pernecessarius id ualde cuperẽt) ni Fuxẽsis comes (qui illã iã nouem annos domi secũ habebat) huic rei liberè assentiret. Quãobrẽ esse imprimis opus illius inire gratiã, quo impetrato cæteri in eiussententiã facile inclinarẽt. cui subridẽs rex. Quid tu mi auũcule (inqt) hanc tãtopere deposcis, cuius ætas (uix enim xij. attigerat annos) haud parum tibi iã sexagenario: & canescẽti cõuenit. iustius multò æqusq; fecisses, si hãc illã Ioãni filio quẽ admodũ adolescẽtẽ hẽs nuptui dari curasses, tũ Biturix hoc iãdudũ tractatũ fuisse scitò rex (inqt) sed Fuxẽsis id maximè abhorret, eo q noster filius ex Armeniaca familia maternũ genus ducat, q cũ Fuxẽsi domo capitalibus odijs (ab hinc iã cẽtũ ãnos) dissidet. Quòd aũt illa nimiũ iuuenis fert, eã eqdẽ facile patiar ĩ adultã crescere æatẽ, eiq; pcã tantisper dũ matura thori fuerit. At rex ĩ illũ scõmate usus (inqt) fortassis uero illa tibi nõ itidẽ pcitura est, quoniã uero id sũmope desideras, curabimus diligẽter ne qcq à nobis hac in re pretermissũ uideat utq; ad Fuxẽsem legati mittant. Quãobrẽ Bureriũ suæ domus æconomũ, comitẽ dassiũ, Guillelmũ trimolliũ, Ioãnẽq; san

terrẽſem(cuius paulò ante meminimus) maxĩa prudẽtia atq; autho ritate uiros deligit. Qui rẽ diligẽtiſsimè curẽt, ac cũ Gaſtõe alijſ q;(put cõmodũ uidebit) de matrimõio Biturigis prudẽtiſsimè a gãt. Illi igit primũ ad Clemẽtẽ põtificẽ, uirgĩs Boloniẽſis cõſan guineũ Auenionẽ pficiſcunt. quẽ de hac re aliquãtiſp alloquũtur. tũ deĩde toloſæ appulſi, ad fuxẽsẽ nũcios cũ literis mittũt, qbus ſi gnificarẽt causã ſui aduẽtus, ille acceptis literis, quoniã lẽcaſtriæ dux Boloniẽſem ſuo filio comiti derbyo cõiugẽ dari petierat, rem differt, ac pcraſtinatiõibus & legatos & ducẽ (ad quẽ illi ſæpius ſcribebãt) ſuſpẽſos tenet adeò ut iã uulgo ferret eius matrimõij nul lã ſpẽ ſupeſſe, à quo Gaſto phœbus maximè abhorreret. Itaq; illi à Biturige honeſtiſſimæ cõditiões offerunt ac. xxx librarum milia an nũerant, qbus ĩpẽſa, quã uirgo mltis ãnis apud eũ fecerat cõpẽſa ret. Nec multò poſt de matrimõio cõuẽtũ eſt. Tũq; Gaſto uirginẽ quĩgẽtis eqtibus comitatã, Morlanũ bernẽſe oppidũ deduci iubet, quorum prĩcipes erãt, Arnoldus guillelmus gaſtonis naturalis fra ter, Eſpaẽnius leonẽſis, Petrus capeſtagnus, Adamus cacaſſenus Manaldus nauallius alijq; illius oræ nobiliores: q eã in apertã cã pi planiciẽ deductã, Ludouico ſancerrẽſi alijsq; legatis (q illuc cũ quingẽtis equitibus iuſsu regis uenerãt) liberè tradũt. ac deĩde do mũ paucis cũ uirgine (aſsiduitatis cauſa) relictis reuertunt, illa au tẽ ad ducẽ Biturigũ deducit. Poſt aliquod uero tẽpus Carolus gal liæ rex linguæ occitanæ oram (quã à Biturigũ duce miris modis oppreſsã audierat) inuiſit, ac p ſequanos trãſiẽs Auenionẽ, Clemẽ tem pontificem ſalutatum uenerat, à quo ſupremiq; ordinis anti ſtitibus honorificentiſsimè excipitur post autem quinq; aut ſex dies Villanouam ſe confert, ibi duces Biturigum ac Burgundiæ auunculos ſuos à ſe dimittit. quibus ait ſe Toloſam profecturum atq; fuxi inuiſurum comitem. Et iam rex Biturigem odio habebat ppter nimias atq; effuſas ipſius exactiões, ob noua etiam tributa

ac uectigalia imposita: quibus grauiter populum illius regionis afflixerat, tumq; abeuntes inter se de ea re colloquũtur, atq; aiũt, regem ideo seorsum à se eam regionem inuisere, ut subditorũ querelas audiat, Et sciat nunquid ipsi quicq̃ fraudis admiserint, atq; imprimis Biturix (cui illius regionis olim administratio cõmissa Ac postea ob crimeẽ admissũ à Rege adẽpta ac gastoni demãdata fuerat) sibi plurimum timet. Inuidetq; Gastoni phœbo tantum fauoris à rege prestari, ut eum inuiseret, ac colloquio dignaretur. Superbissimum illũ ac temerarium sæpius appellans. Paulo uero post rex Tolosam adueniens, Gastonẽ phœbum (ut iãdiu instituerat) alloquendi gratia accersi iubet. Itaq; Maserias, oppidũ Fuxensium insigne, ubi tum Gasto comes agebat, Ludouicũ sancerrensem Frãciæ Marescallum, atq; Riuerensem equitem mittit. qui eũ orent ut Tolosam ad se proficiscatur, cupere enim se cum eo de maximis negotijs tractare, aut si id quidem minime uelit regi esse in animo Maserias ad eũ profic sci, atq; allocutum uenire, ut uero illi mandata fecerunt, ac postq̃ Fuxensis se ad regẽ iturum pollicitus est, Tolosam regi mãdata referunt. Quidam authores sunt regem Gastonis uisendi causa Maserias uenisse, atq; à Gastone honorificentissimè acceptũ: hæredẽq; cum sine liberis decederet inscriptũ fuisse. Verũtamen ut cũq; sit cõstat Fuxẽsem Tolosam uenisse, cum sexcẽtis suæ gẽtis (eoq; amplius) nobilioribus, quos ex Bearno: Fuxoq; accersierat, qui in religiosum dominicaorũ cœnobium diuertẽs, à Tolosatibus fuit honorificè exceptus multisq; ac preciosis donatus muneribus. Postero uero die cum delectis equitibus regem adit, qui castello Narbonensi inerat. Rex uero ut audiuit Fuxẽsem adesse, è triclinio in aulam uenit honorandi comitis gratia, quem uidere tantopere cupiebat. Igitur Gasto prestanti corpore: ac forma pulcherrima, uertice nudo (siquidem nunq̃ pileo

caput ut quidã scribunt obtegerat) sparsisq; crinibus: altero genu flexo, regẽ salutat. quẽ mox rex subleuãs, atq; amico complexu fouens Comes (inqt) noster consanguinee tuus aduẽtus quantum lætitiæ nobis hodie attulerit, haud quidem uerbis satis explicẽ quippe quẽ ob spectatam multis in rebus fidẽ: obq; ingẽtia ac preclara facinora: famãq; totũ ferme per orbẽ euulgatã: iampridem presentem cernere cupiebamus. Et quod antea nobis per speciẽ imaginẽq; representabatur, nunc presentes his cernimus oculis. Quãobrem macte uirtute uir age, ac nostrum semp̃ obtine fauorem. Cui Gasto gratulor (inquit) tibi Rex inuictissime, ꝙ me nihili mortalẽ ĩ cœlũ laudibus effers, ꝙq; me nunq̃ de te benemeritum maximo fauore ꝑsequeris, Quod quidem ex tua clemẽtia benignitateq; ꝓcedit, qui soles maxima gratia: maximisq; beneficijs mortales quosquè prosequi. Quãobrem si quid mihi uiriũ: si quid ingenij: si quid item facultatis inest: omne id tuum est, tueq; offero maiestati: ac tibi demum acceptum refero. Tu uero me interea suscipe, atq; in tuorũ repone numerũ. His atq; alijs modis sese colebãt principes, nec quisq̃ erat, qui nõ Fuxensem lætus cerneret, atq; itẽ ob comitatẽ affabilitatẽq; (qua maxime inter omnes principes excellebat) adprime ueneraretur. Tanta erat in eo dictorum factorũq; elegantia, decus, atq; splẽdor. Itaq; postq̃ rex Fuxẽßisq; de rebus etiam grauibus simul locuti fuissent, tẽpus fuit paratis accũbere mensis. Igitur primæ mensæ primus Tolosanus archiepiscopus sedit, rex secundũ obtinuit locũ. Tertius iuxta regẽ Borbonius eius auũculus erat, Post quẽ Gisto phœbus locatur, atq; deinde Ioannes borbonius marchiæ comes. Alteri mensæ assederunt Ioãnes albertus haricurti comes, Philippus barensis, quatuorq; ex nobilioribus Fuxensis comitis. Tertiæ uero mensæ, Ludouicus sancerrus Franciæ Marescallus, Rogerius hispanus, octoq; ex fuxi comitis nobilio-

ribus. Leuatis demũ mẽsis rex alijq; prĩcipes ĩ pedes stabant, quorũ aures atq; aĩ Organis, tibijs, lyris, tympanis, alijsq; musicis ĩstrumẽtis ac cãtibus exhilarabant. Postero die Gasto maxĩa ĩpẽsa apparari mẽsas: oĩq; ferculorũ genere referri iußit, quò Borboniũ turonẽsẽq; duces, comitẽ marchiæ, aliosq; regni prĩcipes ac magnates, splẽdido magnificoq; cõuiuio acciperet. At interea quũ illi decũberẽt, nõdũq; mẽsæ essent leuatæ. Rex carolo albreto philippoq; barẽsi ac decẽ alijs tãtũ comitatus, illuc de ĩprouiso aduolat. cuius aduẽtus cũ oĩbus alijs tũ maxĩè gastoni phæbo iucũdus pgratusq; fuit. Gratiasq; illi maxĩas egit q̃ eũ tali dignatus eẽt honore, itaq; oẽs regis aduẽtu læti sublatis mẽsis mirisse excercẽt modis. Alij eĩ saltu, alij lucta, alij palestra, q̃dã hastiludio, plures arcu, multi cursu, alijq; alijs id genus excercẽdi modis corpa uiresq; pbabãt. atq; ĩ uicẽ Frãci & Vascones, utra eorũ gẽs & ĩgenio & uiribus prestaret, cõtẽdebãt. Quæ certamĩa ad noctis crepusculũ durarũt. tũq; fert gasto Gallos multis mũeribus affecisse, donauit eĩ Turonẽsis ac borbonij nobilioribus. lx. lætos ac cãdidos equos. ephippijs aureis argẽteisq; decẽter ornatos, tubicinibusq; eorũdẽ ducẽtos aureos, totidẽq; heraldis, adeò ut oẽs Fuxẽsẽ lõgè munificũ ac liberalẽ dictitarẽt, nec absre, Siq̃dẽ ea ĩpẽsa ad sũmã. xl. milliũ librarũ estimata fuit. Paucis pòst ĩtericctis diebus, rex fuxẽsisq; tribus aut ad summũ iiij. ad cõsiliũ adhibitis, de multis rebus (ijsq; arduis) unà plixiusq; loquunt. cõiectura est, idq; uulgo etiã ferebat, Fuxẽsẽ à rege petijsse, ut Iobbanius suus naturalis filius post obitũ Fuxẽsem comitatũ obtineret, spopondisseq; se regi daturũ ea cã cẽtũ millia. ll. tũ etiam ut Gratianus Fuxensis nothus, terrã adurẽsẽ mõtẽq; marsanũ sibi hẽret, Bearnũ autẽ, & si q̃d possessionũ ãplius eẽt, legitimus hæres Vicecomes castri boni. De his tamẽ ĩter comitẽ nobilioresq; minime conuenire potuit, illo. s. adnitente suã uolũtatẽ à rege ratã hẽri, his aũt ualde reclamãtibus aiẽtibusq; as

ſenſu cõi Fuxi Bearniq; pcer opus eē. Tādē rex cõtētiões utrinq; pacauit, deīdeq; gaſto ī regis uerba iurauit: atq; ei fidelitatē pfu xo et reliqs poſſeßiõbus (bearno excepto) ultro preſtitit. Quibus pactis hortéſiū cõtēdit, atq; ibi barões nobilioreſq; (q cū ut ſupra ſcripſi comitabant) à ſe dimiſit. Neq; modo pretereūdū eſt, q rex tū tēporis toloſæ agens, preſētibus borbonio turonēſiq; ducibus: & alijs īnūeris galliæ pceribus, albreto cõſobrino ſuo in ppetuū familiæ decus, maximūq; honoris augmētū pmiſit, ut ſuis īſignijs (quæ plana ex gulis ut pictores appellāt tantum habebat) franca lilia liberè admiſceret. Quam rē ſummo decori ſibi adſcriptam reputās Albretus, maximo opiparoq; cõuiuio prīcipes: alioſq; magnates excepit, donauitq; Heraldis hiſtrionibus, mimis, ac fidicinis (q illic frequētes erāt) ducētas libras eoue amplius. Porro dux biturigū, q ei rex līguæ occitanæ gubernaculū ademiſſet: atq; fuxēſi (ut paulo āte demõſtraui) addixiſſet, plurimū īuidēs atq; iniquo ferēs aīo, regē adiuuāte ādegauo fratre adit atq; exorat, ut ſe ī eādē ptātē reducat, ac præterea Aqtaniæ gubernatiõi præficiat. Cui cū rex minime ānuere uellet, ira incēſus in Gaſtonē bellū mouet, ac primū lauragueſiū agrū opprimit ac uaſtat. quod poſtq̄ reſciuit gaſto, eius furorē atq; audaciā retūdere conſtituit. Itaq; ualida Fuxēſiū bernēſiūq; collecta manu ī illū mouet, q ut primū ītellexit fuxēſē aduētare, ī caſtrū dariū (īſigne lauragueſij oppidū) ſerecepit. nec qcq̄ tūc à fuxēſi illi noceri potuit. Inde uero poſt aliquot dies rapiſtagnū (oppidū ppe toloſā) cõtēdit, quò cõfeſtim etiā gaſto profectus eſt. Quumq; q; ad illius ſuburbia durè acriterq; pugnatum eſſet, tandem Gaſtoni uictoria ceßit. Interiereq; eo bello ex biturigis excercitu ſexaginta equites, pedites uero bis mille aut eo amplius, è quorum numero fuit nothus landortenſis quem in fruſta mille fuxenſes milites diſſecuere, cum punctim

Albreti inſignia.

Gaſtonis phæbi ad Rapiſtagnū uictoria.

cesimq; assiduè confodientes, septem insuper signa militaria ex ho stibus relata. Captiq; innumeri, E quibus ductores excercitus ac primipilares, & qui principem locum in bello teneret, in varia ca stra detrudũtur. quippe Fuxũ deducti sunt, tristãdus, michelinusq; qquanq̃ penitissimo turris loco repositi fuissent tamẽ effractis re pagulis foras exeunt, & tandem per aspera & inuia rupis saxa precipites acti iuxta illam mortui inueniuntur. Varillarũ autẽ ca stello nothus sabaudiensis, Caseriensisq; borrutus. Appamiẽsi ue no arci maurus quidam (quẽ nigrũ ualentianũ appellabant) cum aliquot suæ gentis militibus includitur. Paucis autem post inter iectis diebus, Dux Biturigũ animo cogitans nullo pacto Fuxen sem à linguæ occitanæ regimine deturbare posse: neq; ulla ui aut armis cogere ut sibi pareat, eum (semota ui) uerbis blandis cõpella re constituit, Quãobrẽ per legatos Fuxensem orat, ut ad se limo sum uenire non dedignetur. multa enim se habere scribit, quæ cũ eo communicet, deq; pace cum eo tractare uelle, qua re accepta Gasto, obsidibus prius à biturige missis, eò cõtẽdit. Tũ uero am bo de pluribus rebus simul loquũtur, puresq; afferunt inuicẽ pa cis cõditiones, ac tandem certo modo fœdus percutiunt. Neq; ue rũ est quod quidam scribunt Gastonẽ se tũ magistratũ abdicasse atq; Biturigi sponte attribuisse. Cum illum sibi semper (etiam Bi turige consentiente) retinuerit. Porro Gasto phœbus cum stre nuissimus, prudentissimusq; semper, tum etiam summa religione ue nerandus, maximeq; reipublicæ cõsulens fuit, cum sacram Lasca rensem ædem (Alij Lascurrensem appellant cui nunc clarissimus ornatissimusq; uir Ioannes Fuxensis antistes presidet) exedificari iussit. Insigne etiam uestalium deo dicatarum, Fuxensi ora situm, parthenopeon, quod beatæ Mariæ de abundantia alias de Salencis appellatur, Turres insuper, arces Castellaq; innumera, uidelicet

Inter Gastonem & Biturigẽ pax inita

Tẽpla arcesq; à gastone phœbo extructæ.

Maserienſe, Ganacenſe, Fornellioneũ, Carlariũ, Girocenſe, Hor thesium, Saluæterreum, Mõtanerium, Maleuicinũ, Belliſtanum, Mõmarſanũ (cui nomen indidit non me uis) paliũ (domũ utiq; re giã) qracutamq; turrẽ. His itaq; alijsq; rebus ſtrenue fortiterq; ge ſtis, Gaſto ex hortesio uenatũ (cuius rei ſtudioſiſsimus erat) qua dam die in Saluæterreũ ſaltum cum moloſsis, ſparthanis, Atq; id genus uenaticis canibus (quos quingentos ſupra mille ut diximus alebat) conceſsit. Cũq; ad meridiem uſq; per loca denſa, atq; inuia urſum inſequeretur, maximo æſtu laboreq; adeò fatigatus eſt, ut locum apparari iuſſerit, quo ſe æſtu leuaret, ac quieti dederet: itaq; in locũ amœnum (quod hoſpitale Horionium appellatur) frõdibus floribus & iuncis ĩſtratũ, quo prandiũ parabatur, ſe cõfert. Ibi, amœnitate loci & herbarum fruſculentia delectatus conſedit, ac cum eſpaẽnio leonenſi de uenatu ac canibus uerba ſerit, quis curſu preſtaret, quis cõſcẽſu montis, quis uc deſcenſu, aut plano melior eſſet. Hunc lepori inueſtigando, illum damis ac ceruis aptiorem aiebat. Poſt multa tandem cum obſonia matura eſui, menſæq; iam onuſtæ forent, miniſtri abluendis manibus aquam afferunt, At inter lauandũ cum in digitos (quos oblongos ac candidos habebat) frigida nimiũ aqua deſiluiſſet Gaſto protinus expalluit, atq; eius genua labarũt, uiribuſq; adeò repente defectus eſt, ut ſubuerſa ſella in terram exanimis penè deciderit. Tumq; fit omnibus ſtupor ingẽs, eiusq; filij Iobbanius gratianuſq; (q aderant) ipſum è terra tollentes, ulnis quo poſſunt obſequio in thorum deferunt, rati hunc angorem atq; animi deficientiã ut ex ſolis æſtu: atq; nimio uenandi labore ſubito acciderat, ſic etiam paruo momento abi turã Quod longè aliter euenit, nãq; haud multo poſt mortuus eſt. Qui uero indendæ manibus aquæ officium preſtiterant, ne ulla eſſet in eos ueneni ſuſpicio: neue toxicum inſperſiſſe crederẽtur cõ

Mors Gaſtonis phœbi.

festim oēm aquā (quæ reliqua fuerat) absorbent, quæ res oīm aīos à suspicione auertit, tum nobiles ac magnates, tametsi Gastonis morte admodū cōtristarent, ut cōspexere Iobbaniū dolore ac tristitia supra modū angi, quippe qui furēti similis huc illucq; discurreret, ora ac genas unguibus laniaret, pugnos & brachia distorqueret (tāto patris desyderio tenebatur) illū solari pergūt: ac quibus possunt modis tristitiā ab eo depellere. ac preterea quid ei agēdū sit demōstrātes, (inquiunt) posteaq̄ tibi patrē, nobis aūt dominū mors acerba sustulit, malè certè nobiscum actum esse putamus At enim ea res neq; lachrymis, neq; genarū discerptu, neq; ullis alijs modis resarciri ualet, Quāobrem iam flere desine, atq; ad Hortesiam arcem ꝓpera, ne quis forte accepta morte patris illius thesaurū (qui illic multus est) præoccupet. Itaq; is cōsultoribus primū gratulatus, deinde etiam annulo (quē Gasto digito gestare solebat) ac gladiolo (quo in mēsa scindēdis cibis utebat̄) assumptis, ut fidem custodiæ arcis faceret (nullus enim iniussu domini illuc ingredi ꝑmittebat̄) illò cū duobus tantū equitibus contendit. ac ꝑ mediam urbem transiens, nullo de eo malè suspicante, arcem ingreditur. obfirmatoq; hostio, ac subinde iniecto mortis metu ianitori custodibusq; si quid ei aduersentur, aut contra acclament, thesauro potitur, itaq; cum se adhuc intra arcem contineret, interea nunciatur hortesianis Gastonem phœbum mortem oppetijsse. Qui fama perciti tumultuari occipiunt, atq; arma capere. Inq; medium forum conuenientes sciscitantur ab his qui ad urbem aliunde uenirent, nūquid noui aut certi de Gastonis morte afferretur. Tandem ob multa & audita & uisa ad credulitatem adducti tum etiam quia nox iam inciperet, nulliq; Gastonis ministri (ut solebant) adhuc aduentarent. communi consilio decreuerunt, arcem corona cingere: ne forte Iobbanius aut alij (qui ibi inerant)

thesaurũ ui aut dolo tollerẽt, & secũ asportarent, cuius causa ipsi postea tenerentur, si iustis suspicionibus adducti qua ui potuissent, minĩe obstitissẽt. Primates igitur urbis, portis custodes statuuntur. ne his inuitis cuiq̃ ingrediendi exeundiq; sit potestas: simulq; nunciũ ad hospitale Horioniũ mittũt, quò de Gastonis euulgata morte certiores fierent, quo redeunte illius mortẽ mortisq; genus haud dubiè cognoscunt. protinusq; ingens ciuium plãctus tota urbe exauditur, uiri, feminæq; lamentis atq; eiulatibus cœlũ complebant, maximoq; dolore cõficiebant. Igitur Iobbanius hunc ciuium armatorũ tumultũ strepitũq; ex arce prospiciẽs, ueritusq; ne quã sibi uim inferre uellent, é summa turri eos in hũc ferme modum compellat. Ciues hortesiani haud clam me est, quã ob causam uos istam arcem obsideritis. Aut quæ res huc armatos uenire uos impulit; Quæ iusta mediussidius nobis etiã esse uidetur, uosq; hoc ĩ loco proboꝶ uiroꝶ optĩoꝶq; subditoꝶ planè officiũ prestitistis qui cuperetis rẽ domini diligẽter custodire: ab eaq; oẽm uim atq; ĩpetũ (si ullus esset) arcere. Quãobrẽ oro uos atq; obtestor per uestrã erga parẽtẽ fidẽ beneuolẽtiãq; ne mihi succẽseatis, si conspecta morte illius q me uiuẽs (ut scitis) charissimũ hẽbat, huc aduolarim. Haud qdẽ hinc qcq̃ direpturus, (ut forte uos arbitramini) aut aliqd (ne nimiũ qdẽ) uobis ĩscijs allaturus. sed hãc arcẽ, cõgestaq; inibi bona incustodiam, aduersum uim omnem recepturus. Scitis enim (uosmet testes appello) q̃tum mihi indulgeret pater: quantoq; me amore ꝓsequeret, ut uobis etiã audiẽtibus me sæpius filiũ hæredẽq; noĩarit. quod idẽ etiã uiuens testamẽto cauisset, ni cæsareæ leges plurimũ aduersarent. sed enim obijt, nulla nostri aut alterius mẽtione habita, qppe ei uocem subita apoplexis ademit, neq; mihi alteriq; fratri ullam bonorum partem (quàm iure potuit) reliquit. Nũc autem me omnibus nudũ fortunis ac facultatibus superstitẽ

Oratio Iobbanij

inter uos (qui me educastis) reliquit, nihil preter titulum ac nomen nothi Fuxensis habentem. quem ueſtre proculdubio fidei commiſiſſet, ſi tam repentina morte de medio ſublatus non fuiſſet. Quoniam autẽ id minime factum eſt, ueſtram omnium fidem imploro, Neq; dubito quin mihi omnẽ ſitis beneuolentiam exhibituri ſi paternum amorẽ ſingularẽq; affectum quo me uoſq; omnes ꝓſequebatur: ſi exiguam miſerabilemq; fortunã conſyderaberitis. Siquidem in ueſtra ſitum eſt poteſtate, quem me eſſe uelitis, pauperem ne an his modicis fortunis (quæ intra hanc arcem habentur) adauctum. Quod ſi (ut ſpero) tribueritis cum in me maximam liberalitatem atq; beneficentiã excercebitis, tum etiam uos æternum decus premiumq; in cœlo manebit. Talia effato illo, reliquiſq; tacẽtibus ac mœrore confectis, quidam è primatibus caput attollẽs. Te

Oratio qua Iobbanio reſpõdetur.

neri te (inquit) maximo parentis deſyderio nemo fere eſt qui neſciat, cuius morte nos etiam uehementer angimur. At hæc incõmoda quoquomodo reſarcire non opis eſt noſtræ, tu uero oportune atq; cõmodũ de re preſenti adeò locutus es, ut tua oratio oĩm noſtrum animos ualde contentarit. Quãobrem ſic habeto, nos tecum intra arcẽ moraturos. atque bona quæ in illa ſunt fideliter conſeruaturos. Et ſi forte Vicecomes Caſtriboni (quẽ huius Bernenſis oræ hæredem atq; tuo defuncto parẽti ſanguine proximiorẽ eſſe conſtat) huc ſe confert theſaurum ſibi atq; aliam ſupellectilem aſſerturus, tum nos illi obſiſtemus, tantiſper dum res planè cognita fuerit: conſtabitq; nũ iure merito q; illa ipſa ſibi uendicet. neq; patiemur unq̃ ut de tuo (nobiliſsime Iobbani) tuiq; fratris iure quicq̃ decedat. Nempe accepimus inter Galliæ regẽ: tuũq; parentem Gaſtonem certa lege de ueſtro ſucceſsionis iure haud ita pridem Toloſæ conueniſſe. Cuius rei cũ alios multos: tum imprimis Rogeriũ hiſpanienſem cõſobrinũ tuum memorẽ conſciũq; fuiſſe arbitror,

qui

qui cōsilijs atq; oībus q̄ à Gastone gererent presens semp fuisset. Ad hunc igitur literas dabimus, mortē cōitis significantes, orantesq; ut huc propere se conferat. Nobis de omnibus rebus cōsulturus, daturusq; operā ut interea administrādis & Fuxensi & Bernensi oris aliqui preficiant. Finito sermone Iobbanius sublatis uectibus arcis hostiū patefacit. Hortesienses intra illam passim admittens. Inter hæc Gastonis cadauer multis circū accensis facibus, sarcophago depositū, & aromatibus alijsq; odoribus cōditū hospitali Horionio asseruabatur, donec cōsanguinei alijq; magnates ad sepeliendum conuenissent, Tum uero ubi cōuenere, cadauerq; hortesiū delatū est, circūfusa plebs uiri feminæq; lamētis ac fletibus: compositisq; nænijs (ut mos gentis est) cœlum complebant, mortui laudes ac preclara facinora recensentes, atq; illius interitū miserantes. Alij enim decētesimū uiuendi morem & frequentem comitatum, Alij ingeniū, sapiētiam, strenuitatem, prudentiam, liberalitatē (qua imprimis præstabat) fœlicēq; rerū gestarum, tam bello quā pace, euētum referebant, Alij mœsti hunc in modum quærebant, Quid nunc faciemus miseri? qs modò nos finesq; nostros tuebitur? oīm quidem quādiu sub Gastonis imperio uiximus, securi in aurem utrāq; dormiebamus, nullis obnoxij hostibus, nullis populationibus (ne minimum quidem) attriti. At nunc iam uidere uidemur, hostes in nos incurrere: nostrosq; diripere fines. Cui igitur hæc iam curæ erunt? quis in nos posthac dominatū habebit? heheu Gasto iuuenis, te sors impia nimium celeriter nobis abstulit. Cur infensum tibi patrē unq̄ reddidisti? Cur non illi obsequentissimus fuisti? O quā fœlices ac fortunati uiueremus, si te nunc principē ad dominū intueremur. O Bernensis ora tāto ac tali amisso principe nimium infœlix. An huic similis unq̄ dominus posthac continget? His atq; alijs modis Gastonis cadauer feretro

Næniæ hortesianorum.

repoſtum cives Horteſiani plangebāt ac ꝑ urbem comitabantur. quod Vicecomes Bruniquellus, Caupenus, Rogerius hiſpanienſis, Raymundus ſenior, Raymundus motenſis Beſachus, Manaldus navallius, Richardus ſangeorgius, uiri nobiliſſimi humeris deferebant. Ponè uerò ſequebantur Caſtribonenſis Vicecomes, Iobbanius fuxēſis nothus, Corraſius, Anthinus, barugius, aliíq; ducenti aut eo āplius nobiles equiteſq; pullis ueſtibus amicti. Idq; tādē in ſacra dominicanoꝝ ædeſiſtit, ubi ſacrū de more fit, ac pōpa funebris cū maxīo apparatu celebrat̄. Quatuor lectiſſimi eqtes ſingula Vexilla militaria, fuxēſis familiæ īſignijs ornata, ꝑ maxīo altari ſuſtinebāt. qdā enſem balteūq;, qdā galeā aliáq; arma militaria, Alij equū, quo ī bello gaſto utebat̄, Alijq; circiter quīquaginta ſericati cœreas īgētis pōderis faces ſolēni ritu (in ſignū honoris decoriſq;) offerebāt. Sūt tamē q affirmēt Gaſtonē phœbū Bolbonenſi cœnobio ſepultū, ideoq; forte quòd eius patris ſimulachrū æneū medio tēpli locat̄. Hūc igit̄ uitæ exitū habuit nobiliſſimus gaſto phœbus oīm qui ante eum fueruntcomitum ſtrènuiſſimus prudentiſſimuſq;, cui meritò agnomen phœbo fuit, Quēadmodū enim ſol (qui poetis phœbus dicitur) ſua lampade fulgentibuſq; radijs totum orbem illuminat, ſic iſte ingentibus preclariſq; facinoribus Fuxēſem domum illuſtriorē multò celebriorēq; reddidit. De quo quidem multa adhuc (præter ea quæ ſupra cōmemorauimus) recenſeri poſſent ni iuſtum cōficerent uolumen. Quæ etiā hoc loco à nobis (ne oīno negligi uideātur) q̄ breuiſſime explicabunt̄. Igitur ſciēdū eſt Gaſtonē phœbū hāc à teneris annis: atq; ineūte ætate cōſuetudinē (ueluti naturā quādā) induiſſe, ut ſoleret circiter meridianā horam à ſomno ſurgere. Tribus aūt poſtea horis prādere, cenaréq; circa mediū noctis. Qui mos ei freqūes in uita fuit. Proinde nemo magis exteroꝝ aduenarūq; cōgreſſu ac colloquio delectatus eſt. Quippe

q̃ nosse cuperet: quæ bella: quæ facinora: usq̃ gesta essent. Qui mores, quod uitæ genus gẽtibus eẽt. Quãtũ, aut q̃bus modis, alij ab alijs differrẽt. Quidue tãdẽ multis uarijsq; ĩ locis agere͏̃t Ad hæc adeò decẽti corp̃is statura fuit, ut oĩbus mẽbris p̃optimè symmetria cõueniret, neq; quicq̃ natura ĩcusari posset. Si uero ingeniũ spectare libet, certè ĩ gẽtis sp̃ũs atq; ad oĩa prõtissimi uir fuit, nõ falax, nõ subdolus, apte oĩa loquebat͏̃, neq; ei lingua aliter ac mẽs erat, aut factis dissimilis. Quinimo plura interdum reipsa (quã p̃misisset) prestabat. Multũ diuersus ab his q̃ (ut p̃uerbio fertur) lĩguã ferreã, cor aũt plũbeũ ac flexile habent. Tãta etiam in deũ opt. max. religiõe obseruãtiaq; fuit, ut nulla dies abiret, qua dauidico℞ psalmo℞ bonã p̃tẽ orãs, ieiunusq; non discurreret: aliasq; subĩde preces nõ meditare͏̃t. Proĩde si charitatẽ (q̃ sanè oĩm uirtutũ maxĩa efficacissimaq; est) spectes, haud facile inuenies aliquẽ, q̃ hũc ipsum superarit. Etenim præter illud quod paup̃ibus (quos unicè diligebat) ad domum suam confluentibus affatĩ largiebat͏̃, illis etiã quĩq; Florenos (aureæ monetæ genus) ex suo ærario quotĩdie distribui iubebat. quid memorẽ liberalitatẽ quã ĩ oẽs ferè exercuit? quid fortitudinẽ, modestiã, comitatẽ affabilitatẽq;? Quid itẽ oĩbus ĩ rebus dexteritatẽ ac prudẽtiã? quis rẽ familiarẽ prudẽtius unq̃ admĩstrauit? qui quãq̃ largitiõibus (ut diximus) multa ĩsumeret, tamẽ quotãnis ĩ ærariũ plura ĩferebat, ĩ futurũ belli euẽtũ illa reseruãs q̃ haud quaq̃ à subditis (ut q̃dã tyrãni faciũt) extorq̃bat, sed ab hostibus capiebat, q̃ ĩ bello ab eo capti sese tãdẽ pecunia redimebãt. Officia itẽ hẽbat, q̃ quotãnis cõmutatis uicibus, accepti ex p̃ẽsiq; rõnẽ ferrent. Cũ uero nocte media è triclinio ad cenã p̃geret, duodecĩ accẽsæ faces præferebant͏̃, totaq; cena silẽtiũ erat, nisi ipse ex circũstãtibus q̃cq̃ p̃cũtare͏̃t. tubĩcinibus, cãtoribus: histrionibus, fidicinis, oĩsq; generis ĩstrumẽtis musicis ĩpẽse delectabat͏̃

Porro uenationis (quæ nobiles maximè decet) adeo fuit studiosus, ut in ea sæpius perẽnes dies egerit, cui cum daret operam famis, sitis, æstus, algoris, laborisq; erat omnino immemor. ut etiã ea illa re mortem sibi tandẽ pepererit, Multa alia de Gastone phœbo uulgo referuntur, quæ ut uana & portentosa refellenda esse arbitror. Quis enim unq̃ crederet eum umbram non habuisse? quippe quæ ei à demone septendio illo Toletano studio adẽpta fuisset? Quis etiam mentis compos illum paruo momento ad tubæ clãgorẽ pyreneis montibus quinquaginta hominũ millia unq̃ coegisse affirmet? Certè hæc aliáq; innumera non mihi uera uidentur, Quæ humana sorte minime quidem solent accidere. Néq; credere par est, hunc tam prudentẽ fortemq; uirum, his prestigijs & magicis artibus (quæ omni iure reprobæ sunt) unq̃ animũ adiecisse, cũ multa sine his & strenuè & preclarè in uita gesserit. Nunc uero paulùm à Fuxensi familia stilus diuertet, & ad eius subditos cõuertetur, quo scilicet manifestum fiat, in his etiã maximũ uirtutis lumẽ emicuisse. quorũ aliqui (quãquã paupercula domo, ignobilibusq; & exiguis parentibus orti fuissent) tamẽ ad eam dignitatem euecti sunt, qua non maior alia sublimiorq; existere põt. Vnde Fuxẽsi domui ingẽs honoris incrementũ accessit. Igitur sciẽdũ est circa Gastonis phœbi tempora primãq; ipsius ætatem Benedictũ duodecimũ pontificem maximum, ortum ex Sauerduno (Fuxensis oræ) oppido uixisse, Iacobum furnerium uel (ut quidam uolunt) nouellium antea dictum Quí primùm Bolbonensi cœnobio religionis habitum induit, inde cum in literis humanioribus & sacra pagina multũ profecisset, fontis frigidi Abbas est effectus, moxq; duos episcopatus Appamiensem scilicet & Mirapiscensem obtinuit. Postea in supræmi ordinis antistitum numerũ à Ioanne uigesimo secũdo pontifice maximo, relatus est. Cui deinde mor-

Benedictus duodecimus pontifex maximus.

tuo (de omnium summi ordinis antistitũ consensu) successit. Vir sane singulari prudentia ac sanctitate. Qui neminẽ ad dignitatem aut sacerdotia unquã euexit, cuius uita ac mores prius spectati nõ fuissent, atq; esset longè idoneus habitus. Adeò ut sui sanguinis quenq̃ non extulerit, præter unum, quem etiã benemeritũ Arelatensem episcopum fecit, idque ab eo summopere contendentibus summi ordinis antistibus. Neptẽ autẽ (quã unam habebat) clarissimis ac nobilioribus uiris, eam efflictĩ petentibus, nequaq̃ nuptui tradere uoluit. Ludicro iocosoq; dicterio affirmãs, ignobili equo frena ephippiũq; aureum minime conuenire, sed cuidam mercatori tolosano matrimonio locauit, ut pari scilicet nuberet. Haud quidem imitatus huiusce ætatis põtifices, qui certè nihil antiquius habent, nec quicq̃ aliud magis curant (protinus cum ad sacerdotia euecti sunt) quàm suos consanguineos (tametsi ignobiles, imperitos, ĩdoctos fatuos, bardos, improbos, atq; ad omne facinus pronos, & expeditos) infulis ac sacerdotijs onerare. Alios uero nequaq̃, nisi qui ipsis diu inseruierint: atq; omnẽ eorum uitam iocis, confabulationibus, salibus, adulationibus, alijsq; miris oblectandi modis, lætiorem beatiorẽq; (ut ipsi putant) reddiderint. & planè scurras ægerint. Igitur Benedictus cũ multos alios, tum etiã Bernardum ab albia Appamiensem literatum doctissimũq; uirum, in supræmã Cardinalatus dignitatẽ euexit. Proinde suis sumptibus Tolosæ, Auenioni, ac Baionæ (ubi ipse longo tẽpore educatus fuerat) Dominicanorũ cœnobia (quos prædicatores appellant) construi iussit. Ac deinde cum multa alia præclarè & summa cũ laude egisset, sedissetq; annis septem, mensibus tribus, diebusq; quindecim. Auenioni mortuus est, maximo relicto sui desyderio. Nũc ad institutum sese referat stilus. Postea uerò quã Gastonis mortẽ fama diuulgauit, incredibilis sanè mœror omnes corripuit,

nulliq; nuntiū multis cum lachrymis non exceperunt, illius liberalitatis (quā in omnes exercebat) prudentiæ, atq; etiam summæ strenuitatis memores. Imprimisq; Clemēs summus pōtifex, q recordaretur, q̄ta sagacitate ac prudentia, quanta cura & diligentia, quātoq; labore Ioannæ boloniensis (utriq; pernecessariæ quàm ipse liberaliter multos annos aluisset) nuptias cum duce Biturigum procurasset. Per id etiam tempus Appamiensis episcopus Gastoni necessitudine coniunctus, Auenionem eius metu ac terrore concesserat, eò q̄ is maxima illius opera episcopatum obtinuisset. Ac deinde insolens planèq; ingratus suæ iurisditiōis fines (plus equo) āpliare, deq; illius iure quicq̄ detrahere niteret. Quocirca Gastonis odium incurrens, Appamiensem oram finesq; huiusmodi relinquere, atq; ad Clementē pontificem confugere coactus est. Quē pontifex accepta Gastonis morte ad se uenire iubet, atq; eum alloquens, tecum hodie (inquit) bene actum est charissime frater, Quippe cui Gastonis morte pax quæsita fuerit. Nunc fuxensem oram: tuāq; diœcesim potes impune securusq; repetere. mortuus est enim is, qui tibi negocium admodum facessebat, quemq; tantopere metuebas. Quo accepto nuntio lætus episcopus, paucis post diebus in patriam reuertitur. Eadem nuncia ad Carolum Galliæ regem deferuntur, quæ haud quidem læto animo excepit Dolebat enim de strenuissimi fortißimiq; uiri casu. Tum uero secum reputans, nullis legitimis liberis relictis Gastonem de medio sublatū, Fuxiq; comitatum (qui ad monteis pyreneos pertineat castraq; habeat munitißima) optimum esse aduersus citeriorem hispaniā propugnaculum: in animum induxit, illum sibi uendicare. Quocirca Nouiodunensem episcopum Ripariensemq; dominum legatos Fuxum mittit, qui eam oram sub regia (ut appellant manu) ponant positamq; regis nomine atq; authoritate poßideant. At illis Tolo

ſæ (dum iuſſa faceſſere pergunt) Rogerius hiſpanienſis, qui eos tam antea illuc uenturos reſcierat, fit obuiam. Quos facile à propoſito auertit, poſteaq̃ ad Matthæum caſtribonenſem uicecomitem ſucceßionem iure pertinere, neminem oportere cum alterius damno fieri locupletiorem, Gaſtonemq; olim à rege quinquaginta librarum millia, non quod egeret, ſed ut ea techna Matthæum caſtribonenſem (quem maximo odio proſequebatur) Fuxēſi comitatu legitimaq; hæreditate abdicaret, mutuò accepiſſe, atq; alia permulta oſtendiſſet. Subindeq; conuenit, ut Rogerius hiſpanenſis regem quāprimum adiret, ab eo quod peteret obtenturus. Ipſi uero (ſuſpenſa interea legatione) eum Toloſæ, donec rediſſet operirētur. Quāobrem Rogerius eſpaennio Leonenſi comitatus, quā maximis poteſt itineribus ad regem proficiſcitur. A quo tandem diplomata obtinet. Quibus Nouiodunenſi ac Riperienſi legatis mādabatur, ut acceptis prius à Vicecomite Caſtribonenſi ſexaginta librarū millibus (Quæ partim Gaſtoni phæbo mutuarat, partim in ea legatione impenderat) eum in poſſeſſionem bonorum (quæ olim Giſto uiuens obtinebat) mitterent. Ad hæc iußit, ut Iobbanius Gratianuſq; Gaſtonis nothi bonorum mobilium (ſicut olim conuentum fuerat) optimam portionem ferrent, quàm Rogerius hiſpanienſis, uicecomes Bruniquellus, Raymundus caſtronouus, Corraſenſiſq; dominus illis bona fide adiudicarēt. Alioqui omnia irrita eſſe uoluit. Quæ omnia paulòpoſt ad præſcriptum fiunt, ac ſubinde Biturigum duci triginta librarum millia mittuntur, quæ illi (in compenſationem eorum quæ olim Gaſtoni phœbo ob Bolonienſis impenſam ut ſupra diximus annumeraſſet) Rogerius hiſpaniēſis, alioqui à rege nihil impetraturus, exſolutum iri promiſerat.

BERTRANDI

Heliæ Appamiensis, Historiæ Fuxensium Comitum Liber tertius.

De Matthæo Decimo tertio Fuxi Comite.



Actenus à patre in filium, cõtinuata fuit Fuxensium comitũ successio. Quæ, à Bernardo primo Fuxi Comite, ad hæc usque tempora, trecentis & uiginti octo annis perseuerauit. Creatus est enim ille comes anno Christianæ salutis millesimo sexagesimo secundo. Qui deinde Comitatum posteris ac nepotibus recta (ut sic dicam linea) ex se descendentibus, ad annum usq; nonagesimũ supra tredecies centesimum (quo Gasto phœbus uita functus est) quasi per manus tradidit. Igitur Gastone phœbo sine legitimis liberis mortuo, comitatum obtinet Matthæus Castriboni (citerioris hispaniæ) uicecomes, qui illi tertio consanguinitatis gradu attinebat. Quippe Rogerius Bernardus uel (ut alij uolunt) tristandus (cuius Matthæus filius erat) alterius Rogerij bernardi Castribonensis uicecomitis filius, Gastonem huius nominis primum decimũq; Fuxi comitem (Qui Gastoni phæbo auus erat) reuera proauũ habuit. Porro huius Matthæi patrem olim Gasto phæbus (cum eum forte ob quasdam leues offensiunculas odio haberet. Hortesij in carcerem cõijciiussit. Vnde nunquàm eum uoluit eximere (tametsi octomestri illius pedore penè confectus fuisset: ac multi amici pro eo intercederent) donec maximã auri uim illi pro libertate dependisset. Quã ut haberet, Moncadensem dominatum Barchinonensi reipublicæ uendidit

Tantũq;

Tantũq; abeſt ut id odium poſtea ceſſauerit, ut etiam magis ac magis indies adauctũ fuerit. Altero uidelicet carceris, altero uero iniuriarũ ſemꝑ memore, & quãq̃ inter ipſos maximæ eſſent inimicitiæ, tamẽ nulla re unq̃ Matthæi pater adduci potuit ut Armeniaci partes ſequeretur. proq́; illo in Gaſtonẽ phœbum arma caperet, pietate ſcilicet iram odiũq; uincente. Matthæus ubi comitatus adminiſtrationẽ accepit, atq; à legatis (ut ſuperiore libro diximus) in poſſeſſionẽ bonorũ (quæ quondam Gaſtonis phœbi fuerunt) miſſus eſt cum ducẽtis, eoq; amplius, equitibus Carolum regem adit, quò ei beneficiorũ acceptorũ gratias ageret. A quo eſt perbenignè honorificentiſſimèq; exceptus, Interea uero, à Genuenſibus legati ad regem mittuntur, contra Mauros auxilium implorantes, quod illis rex facilè pollicetur. eamq́; expeditionem duci Borbonio cõmittit, Qui ſtatim Matthæũ orat, ut ſecum proficiſcatur. Cui ille libentiſſime annuit. Annuere etiã Haricuriæ comes, Ammiraldus Viennenſis conciacus, & alij cõplures magni nominis heroes. Quibus etiam ex britannia ueniens Derbius Comes ſe coniunxit. Qui deinde magnis itineribus & mari & terra confectis Tunicium aduentãt, tandem urbem ſæpius oppugnãtes, cum nihil proficerent, in Mauros (qui haud procul ab ipſis tẽtoria fixerant) excercitum mouẽt, cõiunctiſq; aciebus diu acriterq́; pugnatũ eſt. Cæterum Mauris in fugam uerſis, Chriſtianis uictoria ceſſit. Cũ uero multis militibus peſtilentiæ morbo amiſſis, Borbonius iam de reditu in Galliã cogitaret, ueriti Mauri ne id ille eò ſimularet, quò poſtea redintegratis uiribus acrior inſurgeret. Legatos mittunt, qui pacis cõditiones afferant. Tandemq́; cõuenit, ut Maurus rex Chriſtianos quos ĩ uinculis detinebat ſolueret ac ſubinde decẽ ducatorum millia Borbonio alijsq́; militiæ præfectis exſolueret. atq́; ita domum Chriſtiani reuerterentur.

Sub idē tempus cū Carolus Galliæ rex insaniæ morbo (quē medici maniā appellāt) laboraret, multi ioci ludiq; (tristitiæ leuandæ gratia) excogitabantur. Quū uero quadā die in ædibus Blanchæ reginæ (quæ Parisius in diui Marcelli suburbijs sunt) lautū oppiparūq; cōuiuiū fieret, Post cenam Carolus rex, Iobbanius Fuxēsis, Nantollius dominus, alijq; nobilißimi generis heroes, uillosas sibi uestes ex tenuißimo lino confectas induerant, eas ad nudācutē multa pice sibi adglutinantes, ac pinguitudine (quo fulgētiores apparerēt) illiniētes, eoq; modo syluestriū hoīm speciem representabāt. Itaq; sic psonati cœnaculū accēsis facibus (nox enim erat) īgrediunt, choreasq; agūt. Interea huc se cōfert dux Burgūdiæ mltis heroibus comitatus, At cū īnueræ accēsæ faces (ut mos prīcipū est) præferrent, illarū unā qdā ex ministris in uillosas uestes (casune an decōposito incertū est) excußit, tū flāma in psonatos debacchata, eos (cū nō possent sese catenis ferreis, quibus inuicē ligati erāt, facile expedire) miseris modis torsit. Regis incendiū qdā nobilißima matrona (quæ illic ludos spectabat) sup inducta ueste restinxit, Ast Iobbanius alijq; flāmis supramodū exusti, paulo post īteriere. Deīde uero rex ubi Iobbaniū mortuū accepit (quē imprimis diligebat) in lachrymas prorūpēs, Quæ te sors (inqt) īpia infœlixq; huc attulit (nobilißime Iobbani) ut hoc acerbißimo miserabiliq; mortis genere perires? O si nūc Gasto parēs te (quē supra hūanū modū diligebat) rapidißīs cruciatū flāmis cerneret, nū mihi iure succēseret, q tibi mortis causā prebuerim? Hiccine est (diceret) Rex amor quo filiū meū pseq, toties etiā data fide pmiseras? Hoccine est officiū regis nobiles arctißimis uinculis colligare, ut tādē flāmis pereāt? Heccine est illa pietas, qua filiū meū uiuēs tibi tātopere cōmēdarā? his alijsq; modis Carolus rex Iobbanij mortē miserebat, tandē cū nihil aliud posset, maxīa

Mors iobbanij.

pōpa solēniq; ritu eū sepulturæ mādari iussit. Matthæo mater fuit, Girarda navalliēsis honestissīa matrona, clarissimis orta parētibus. Soror aūt ysabella Archibaldi graylly captaubusi cōiūx, Cæterꝝ comes effectus, uxorē habuit, Ioānā pulcherrima forma virginē, Ioānis aragoniæ regis filiā, ex qua nullos suscepit liberos. At vero paulò post aragonio rege sine liberis (preter ysabellā) vita functo Martinus eius frater regni diadema sibi usurpauit. Quod resciēs Matthæus, ad regni aragoniæ pceres legatos mittit, qui doceāt regni successionē, nō utiq; ad martinū q tātū defuncti regis frater esset, sed ad ysabellā filiā (quā ille moriēs unicā reliqsset) iure meritoq; ptinere, atq; ob id eā ī regnū cooptari debere, futuꝝ enī eē, ut ipsa magna puidētia sedulitateq;, Matthæo presertī marito iuuāte: q ipsis etiā gētilis ac cōterraneus esset, regnū administret: atq; eius fines diligētissime tueat. Quod si faciāt cū maxīe Matthæi Ioānæq; gratiā demerebunt, tū etiā iustitiæ officia excercebūt. Verūtamē legati re īfecta redierūt. Cūq; alij sup alios mitterent, nihilq; pficerēt. Mattheus armis agere cōstituit. Quāobrem accersitis suæ ditionis nobilioribus: maximoq; cōparato excercitu: in citeriorē hispaniā per montes pyreneos & uicdessosium saltum (quē vulgus portum appellat) traijcit. Insulæ autem comes qui cum copijs adesse, atq; Matthæum sequi promiserat: cui iam septem librarum millia eoq; amplius in stipendia soluta fuerāt, Haud quidem pollicitis stetit. Tum vero temporis Aragonij iam in armis erant, Matthæi aduentum expectantes. Qui ut accepere propius adesse, in eum mouent, ac castra castris conferunt, tum deinde levibus prælijs incursionibusq; sese invicem lacessunt. Postremò totis viribus decertant, Ac posteaquàm diu acriterq; utrinq; pugnatum esset, Aragonijs victoria cessit, Qua accepta clade cōmeatuq; defectus matthæus in galliā redijt.

Mox uero Regina Siciliæ Martini aragonij uxor, Martorelliũ oppidum, castellũq; uetus Roanesij, Matthæi possessiones, ac si in cõmissum ob bellum ab eo gestum cecidissent, Regia manu cæpit, suoq; adiunxit patrimonio. Cuius causa deinde ex iure manu consertũ est, ac res Barchinonensi senatu diu multũq; controuersa. Quæ oppida, longo post tempore Ferdinando Hispaniæ regi. Triginta sex millium. ℓℓ. prætio Perpiniani uẽdita fuere, proq; ea summa Castillio Farfaniensis domui Fuxensi attributa. Deinde uero Ioãna Aragonia Matthæi coniunx, Quũ annus .M.CCC. XCVII. à Christiana salute ageretur, mortua est. Quam duobus annis post Matthæus maritus, postq̃ nouem annos comitatum administrasset, nullis relictis liberis sequutus est.

Castillio farfaniensis.

Mors matthæi comitis.

De Ysabella Matthæi sorore, & Archimbaldo Gryllio eius marito quartodecimo Fuxi Comite.

Vita functo sine liberis Matthæo, Ysabella eius soror, Archimbaldi Graylli couiunx, succeßit. Iste Archimbaldus captaubusus erat, Benauguensis ac Castillionis Vicecomes, haud quidem à Fuxensi domo, ut quidam arbitrantur, alienus. siquidẽ eius pater maternum genus ad eandẽ domũ referebat, cum ei mater fuerit blanca, Gastonis decimi Fuxi comitis filia, quæ à Gastone fratre (ut supra docuimus) Ioanni Grayllio captaubuso ex Vasconũ gente, huius Archimbaldi auo matrimonio locata fuerat. Ideoq; Archimbaldus atq; Ysabella cõiuges tertio cõsanguinitatis gradu inuicem coniuncti erant. Accepta itaq; Matthæi morte, Carolus Galliæ rex quòd sine liberis comes decessisset, ad se Fuxẽsem comitatũ pertinere arbitratus. Ludouicũ sancerrũ Franciæ Conestabilem mittit, qui Fuxensem comitatũ cæteraq;

bona, quæ olim Matthæus possideret, sub regia manu poneret, regisq; nomine possideret. Quam rem ægre ferens Archimbaldus illò eum armis depellere instituit. Quãobrem coactis copijs, quarum maior pars ex gente Vasconum erat, in Sancerrum mouet. qui iam Fuxensi oræ incubabat. Ille autem eductis in campum equitibus, quos multos secum adduxerat, Archimbaldum bello excepit. Tumq; utrinq; acriter pugnatum est. adeò ut eo prælio maximus equitum peditumq; numerus ex utroq; excercitu perierit. Deinde cũ paulum admodum quieuissent, rursum bellum redintegrant, ac Sancerrus Conestabilis superatur. Itaq; Archimbaldus comitatu potitus, cum regis animum ob prædictum bellũ, & Sancerrum eiectum, ira cõmotũ sciret Accepissetq; ab eodem literas iræ ac terroris plenas quæ ni pareret, ac de possessione q̃primũ decederet, mortem etiam nedum bonorum amißionẽ minarentur, ad eum cum uxore Ysabella ire pergit. Apud quem multa conquestus est, quòd scilicet Sancerrus mandati fines excessisset, quòd sibi suisq; subditis multa intulisset incommoda, Quodq; furibundo animo oĩm agros possessionesq; uastasset, tametsi dicto audiẽtes illi extitißent. Deindeq; belli Sãcerro illati iustã causam affert, q̃ ab eo Fuxensis oræ, quæ ad se suamq; uxorẽ iusto iure pertineret, possessiõe omnino deijceretur. Nullaq; relinqueretur Matthæi bonorũ pars. quod lõgè iniquum rationiq; contrarium esset, cũ ipsi propinquiores illi existerent. Quocirca regẽ orabat, ut noxam, si qua admissa fuisset, dimitteret: cogitaretq; se regem esse, qui deberet omni tempore mansuetudinem pietatem clementiãq; pre se ferre, non autem uim inferri alicui, aut cuiusq̃ bona iniustè occupari permittere. Tũ rex his permotus ac subinde assiduis Archimbaldi amicorum intercessionibus ac precibus exoratus, crimen, quod admissum putabatur, condonauit, atq; in possessio-

nẽ bonorũ, quæ olim Matthæi fuissent, coniuges reduxit. At illi postea ingentibus gratijs actis: præstitoq; regi fidelitatis iuramento: in patriã cum omniũ subditorum ingenti plausu lætitiaq; reuertuntur. Sũt authores qui affirmẽt, Archimbaldũ ideo regi inuisum ac comitatu abdicatũ, quod in Aquitania morã trahens, Anglorum partes sequeret. sed reddito Fuxẽsi comitatu ab Anglis ad regẽ statim defecisse. Botauillãq; oppidũ, quod ipse diutius anglorũ nomine præsidio tenuerat, deseruisse. Deinde cũ Archimbaldus Ysabellaq; coniuges multos annos sine liberis exegissent, cuperentq; maximè ex se prolẽ gigni. Deo opti. maxi. uouerunt, ut si quatuor filios haberẽt: qui quartus nasceretur, diui Frãcisci habitũ indueret, ac religionẽ pfiteretur. Itaq; exauditis precibus, post aliquot annos Ysabella quinq; filios (diuerso tamen partu) peperit, Ioãnẽ scilicet, Gastonẽ, Archimbaldum, Matthæum, atq; Petrũ. Quorum uitam ac gesta suo ordine postea referemus. Post paulum uero tẽporis, anno scilicet à Christi ortu. M.CCCC.II. Carolus albretus, Sancerro mortuo, à Carolo rege, de Gallorũ principum aßensu, Franciæ conestabilis creatur, quæ dignitas secundum regem maxima est. Quã antea ipse multoties oblatam recusarat. Tũq; erãt ĩ illis amœnissimis hortis, qui Parisius ad ædes sctĩ Pauli sunt, ubi Ioãnes Aurelianus dux regis iussu ense, quẽ ab eodem acceperat, in signum honoris ac dignitatis adeptæ Albretum presentibus Burgundo ac Borbonio ducibus regis auunculis incinxit, Qui mox in Ioãnis corbij Frãciæ Cãcellarij manibus solitum fidelitatis iusiurandũ prestitit. Anno uero sequẽti idem Albretus, cũ maximo equitum peditumq; numero Briẽnẽsi, roßio, Ex illustrissima nobilißimaq; Luxẽburgi familia, Archimbaldoq; Fuxẽsi comitibus, alijsq; nobilibus ac strenuißimis uiris comitatus ĩ Anglos mouet, qui tũ maximã Aquitaniæ partẽ præsi

Carolus Albretus Frãciæ conestabilis

dio tenebāt, Carbaſinūq; inuadit Lemouicorꝶ caſtellū ubi tū Angli inerāt, quod tādē maxima ui maximiſq; uiribus expugnat, ac ſubinde plura alia eiuſdē oræ caſtella oppidaq; capit. Quibus rebus ſic ſtrenuè geſtis, in Galliā ad regē reuertitur. Decimo uero poſtea āno accepta blangiana clade rex Carolus Albretū, quāquā ſtrenuiſsimam eo bello nauaſſet operā, Coneſtabili dignitate abdicat. atq; Ioāni Armeniaco comiti, potentiſſimo fortiſsimoq; uiro attribuit. Qui deinde ad regem cum innumeris ſuæ gentis militibus profectus, optimā illi nauauit operam. Quippe, apud ualemontē Anglos maxima Narbonēſis uicecomitis opera adiutus fudit, fugauitq;, atq; alia multa fecit perpetua digna memoria. Deinde uno anno poſt, Archimbaldus uita functus eſt, cum comitatū tredecim annos cum ſumma æquitate & prudentia adminiſtraſſet, quem poſt paulùm yſabella uxor ſequuta eſt.

Armeniacus Franciæ Coneſtabilis.

De Ioanne, Decimo quinto Fuxi Comite.

DEinde Ioannes, primus Archimbaldi & yſabellæ filius, in locū parentū ſufficitur. uir pcera admodū ſtatura, corpore gracilēto, moribus æquis, īgenioq; ad oīa prōpto & facili. Is uxorē habuit Mariā, Caroli nauarri regis filiā. Qua deīde ſine liberis mortua Ioānā Albretēſem Caroli albreti filiā alteram duxit, q̄ duos enixa eſt uirilis ſtirpis liberos, quorꝶ unus Gaſto, q poſt mortē patris Comes fuit, dicebat, alter vero Petrus, Lautreci, ac Villemuri uicecomes, q comitis Aſtaraci filiā cōiugē habuit. Qui etiā nobiliſsimæ ſtrenuiſsimæq; Lautrecorꝶ familiæ originē dedit. Qua etiā poſt aliquot tēpus mortua tertiā habuit Ioānā aragoniā Vrgelli comitis filiā, ex qua itē nullos ſuſcepit liberos. Anteq̄ hic Comes eſſet, circiter annum ſalutis. M. CCCC. IX.

Ioānes comes tres uxores habuit.

Aymericus Narbonæ Vicecomes, cæretanos citerioris Hispaniæ populos, uendicabat. quòd scilicet Blanchæ suæ matris. Alboregi ducis filiæ medio ad se (ut ipse dicebat) pertinerēt. & iam illi sese, contra fidem Martino Aragonum regi prestitā, ultro dederant. Quod animaduertēs rex, ut eorum audaciā temeritatēq; coherceret, bellum qua potest celeritate comparat, auxilioq́; accersit Fuxensem, qui omnibus ad bellum necessarijs instructus, sine mora cū copijs adfuit, suam ei operā pollicens. Tum uero auxiliaribus copijs hinc inde contractis, Martinus in Cæretanos ad sanctum Lorium mouet. Geraldus malleonus uir strenuus Fuxensium copiarum signifer statuitur: ac primo locatur ordine. Vt uero Narbonensis uicecomes, qui cum cæretanis erat, signum Fuxense conspexit. Deficiens animo suis copijs relictis, in fugam se cōuertit. Qua re perterriti cæretani, etiam fugæ terga dederunt. Tuncq́; Loriū oppidū nullo ferè resistente capitur. Cecidit tamen ea pugna Dorthius Vicecomes uir sanè cum strēnus, tum nobilibus ortus parētibus. Qui parta uictoria, paucis post diebus Martinus Aragonius cū Ioāne Fuxensi in Siciliam cū ingenti equitū numero ꝓficiscitur, ubi haud multo post morbo correptus īterijt. Quo mortuo Ioannes in patriā reuertitur cū Aragonij comitatu cuius maximā partē Barchinonæ reliquit. Quippe plures hispani erāt, qui regem Martinū in Siciliā fuerant sequuti. Post paulum uero temporis cū accepisset Ioannes mandossum comitem, Carolū Nauarræ regē: eiusq; regnum armis infestare, copijs celeriter collectis, illuc proficiscitur. ut Nauarro opem ferret. Quo ubi aduenit, Mandossum certamine singulari superat, alij autem uolunt utrūq; cū copijs decertasse, superatoq́; Mandosso Archimbaldum Nauarro uno illo conflictu quietem peperisse signumq́; militare draconis forma depictū eo bello retulisse. Deinde cum Arx Lor

densis

densis natura loci munitissima, ab Anglis præsidio teneretur, Ioãnes in aĩm induxit, eousq; qui intra illam eßēt, obsidione pre mere, quousq; se atq; arcem dederent. Quãobrem ut id efficeret, à rege etiã quodãmodo sollicitatus, multis ex Fuxo Bearnoq; collectis militibus, illuc confestim aduentat. quē ut adesse præsidiarij sensere, primũ quid agendũ sit, dedendũ ne an uero ui obsistendũ, consultant, terrebãtur enim strenuissimorum militum, qui cum Fuxensi erant, conspectu. Tũ quia iã penè cõmeatu defecerãt, uicit tamen eorum sententia, qui omni conatu obsistendum interea dicerēt, dũ à uicinis propĩquioribusq; Anglis qui in Aquitania plurima oppida præsidio tenebant, iuuarētur. At cum ea spe omnino destituti fuissent, animaduerterētq; Fuxenses milites bombardis, arietibus, scorpionibusq; arcem uehementer quatere, atq; omnia circum armis ferroq; uastare. Ioanni, facta prius illinc sine ullo corporis detrimento exeundi potestate, arcem dediderunt. Quã ĩgreßus præsidio firmißimo munit ac quã ptē arietibus obrue-rat, ex templo reparat, Dũ hæc aguntur Galli Tugetum celebre Aquitaniæ oppidum, quod Armeniaci milites anglorum nomine tenebant, oppugnabant, eò igitur post Lurdensis arcis deditionē Ioannes cum copijs quas ex illa reduxerat, propere se confert regi suppetias laturus, eoq; propensius quod cum Armeniacis negociũ gereretur q(ab hinc iam centũ annos) Fuxensis domus hostes fuissent. Quocirca Sangeorgio, qui summã eiusce belli à rege demandatã obtinebat, illico se coniungit, Qui Fuxensis auxilio fretus, nihil iam Armeniacũ uerebatur, quem eò cum copijs quas in Aquitania ex ea potißimum gente quæ anglorum partes sequeret collegerat, ꝓpediem ad mouendam obsidionem uēturum audierat. Igitur Galli bellicis tormentis oppidi mœnia frequenter quatiũt, atq; ea parte qua subruta sunt ingredi tentant, at Armemiaci in- Tugetum

gentibus saxis telisq; sese defendunt, eosq; cogunt retrocedere. Quibus depulsis subruta mœnia aggeribus celeriter complent, cum autẽ obsidionarij milites id sæpius tentaßent, neq; possent ullatenus oppido potiri, Tandem Ioannes: cui res erat propter Armeniaci odium imprimis curæ, facile uiam inuenit, qua oppido celeriter potiatur. Itaq; testudinem confici iubet, eaq; parte locari, qua hostes negligẽtius oppidum tuerentur, igitur milites ea tecti subito in muros euadunt. atque oppidum paucis obsistentibus ingrediumtur, tum ingens fit clamor, oppidanique qui sparsim temerèque in hostes proruebant, incauti opprimuntur, quidam capiuntur, alij uero ꝙ à Gallis ad Anglos defecissent, graui afficiuntur supplicio. Interea Armeniacus illis suppetias laturus cũ copijs aduentabat, quum de itinere acceptam cladem atq; hostes urbem egressos iam reditum parare intellexit. Veritus igitur ne ipse etiam pari clade afficeretur, quippe sciebat uictoria milites insolentiores fieri, antiquũq; hostem, hosti minimè parciturum, satius multò fore duxit retro pedẽ referre, ꝗ cum maximo periculo hostibus opponi, itaq; per obliquos uiarum flexus, cum copijs domum se recepit. Pauco uero post tempore Ioannes uoti (cuius reus erat) soluendi causa ad diuum Iacobum in Hispaniam concesserat, quod resciens Armeniacus cum ueterum inimicitiarum, tũ etiam recentioris cladis memor, ratus etiam meliorem occasionẽ rei cum minori periculo ac negocio gerendæ oblatam: ex Armeniacis atq; eo predonum genere (quos roteros uulgus appellabat) quorum principes erãt Laguerrensis, Broqueresius, Aymericusq; saueracus, copias colligit, quibus instructus Bernensem, primùm, mox fuxensem oram acriter infestat, agros, uicos, oppidaq;, quibus debite inerat præsidium, uastat, incolasq; uarijs premit modis. Interea dum hæc agerentur Ioannes redijt plenus odij

atq; irarum qui non quieuit unq̃ donec iniuriam ulcisceretur. Quapropter cum suis copijs Armeniacam oram ui, ferro, armis, igneq; consumit. Quod oculis cernens Armeniacus, haud satis habet consilij quid agat, hostibus ne occurrat an uero hæc patiatur. tandem singulari certamine à Ioanne prouocatus decernere promittit, die tamen dicta nõ apparuit, ac subinde cum legatis missis cõuenisset, ut totis copijs decertarent, locusq; esset prestitutus, Armeniacus iterum uerba dedit. At Ioannes cum se frustratum cerneret, maxima cum ignominia illum uicatim accersi, ac per preconem proclamari iubet. Tandem interuenientibus amicis pax ad centum annos composita est. Deinde quum annus salutis. M.CCCC.XVIII. ageretur, Ioãnes uillerius insulæ adæ dominus, Burgundæ factionis uir, Parisiũ noctu cũ armatis, clã doloq; patefacta urbis porta ĩgreditur, tumultuq; facto qui Aurelianarum partium fuerant, sine delectu interimuntur. At tum intra urbem erat Armeniacus franciæ Conestabilis, quem Carolo Albreto in ea dignitate successisse supra demonstrauimus, Qui regi optimè inseruiens Aurelianas partes (ut equum erat) sequebatur. illum igitur incautum comprehendunt, comprehensumq; interimunt, ac supra marmoreum lapidem, qui in palatij uestibulo est, sistunt. Inq; dedecoris & ignominiæ notã, à summo uertice usq; ad imos pedes, corium extrahunt, ac circum mortui pectus agunt, quò sericeam zonam, quam circa humeros gestare solebat, representaret. Interiere etiam Henricus Marlanus Franciæ Cancellarius, Comes Grandiprarensis, atq; alij magnæ dignitatis & potentiæ nobiles circiter quatuor mille. Paucis deinde interiectis diebus Dalphinus, spe urbis recuperandæ amissa Meldunum pergit. ubi tãguido strenuißimo uiro, Campaniæ, Briæ, finitimarumq; urbium administrationem cõmittit. Instituit

Armeniaci Frãciæ Conestabilis mors.

Ioãnes Fuxi Comes linguæ occitanæ gubernator.

quoq; linguæ occitanæ rectorẽ Ioannem Fuxi comitem. At tum eam regionem Burgundus, qui dalphino longè aduersabatur, auraicensi principi cõmiserat, qui eam ferè iam suæ fecerat ditionis Itaq; Ioannes cõparato excercitu in illũ confestim mouet, quem tandem cõmißis aliquot leuibus prælijs superat, atq; omni regione extrudit. Cum autem eo bello redijsset, neq; haberet unde stipẽdia militibus soluerentur, Appamiæ monetã (cui Guillelmo nomen) cudi iußit, ut eo modo illis satisfieret. Quod Dalphinus primũ iniquo tulit animo, deinde uero cũ cognouisset, quãobrem id factũ fuisset, Ioanni facile ignouit. Quidã id monetæ genus tũ dalphinum adeò reprobasse affirmant, ut iã ea res in prouerbium cesserit, cũ uolumus aliquam rem inutilẽ reprobamq; significare

Guillelmorũ moneta Appamiæ cusa.

Per idẽ tẽpus Petrus luna hispanus, à Gallis antistitibus in locũ Clementis papæ sufficitur qui Benedictus decimustertius appellatus est. Creaturq; romæ alter põtifex angelus corarius, cui nomẽ Gregorio duodecimo, tũ schisma ingens in eccl'ia ortum est, utroq; sibi pontificatum uendicante, hunc malatestarũ factio ariminẽsis illum qui ĩ paniscolã hispaniæ citerioris oppidum (unde ortus erat) metu confugerat, Hiberniæ rex, Armeniacus comes, citeriorisq; hispaniæ gentes tuebantur. Quambrem laborabant alij Christiani principes, ut unum esset ouile, unusq; pastor, utq; ea põtificum discordia, quæ ecclesiã omnino labefactabat, de medio tolleretur. Itaq; Sigismundus imperator Ioanne Fuxensi comitatus Ferdinandũ Aragoniæ regem adijt, obnixe orãs, ut Benedictum qui eius regno agens pertinacißimè obsistebat ne pontificatu abdicaret ui etiã ipelleret in sententiam christianorum principum ire, quibus placebat utrũq; pontificatu abdicari, & unum denuo eligi. Cõstantiaco igitur conuentu Otho colũnius, romani sanguinis uir, magno omniũ consensu pontifex declaratur, qui ꝙ

eius creatio in luce, quæ est diuo Martino sacra incidit, Martini appellationem ferre uoluit, is cum plures alios, tum imprimis Petrũ Fuxensem Ioannis comitis fratrẽ uirum & doctrina & morum probitate cõspicuũ summi ordinis antistitem creat, uicariũq; ac legatum factũ Auenioni comitatuiq; Venesino præficit. Is autẽ cum Auenionem legationis fungẽdæ causa peteret, à ciuibus minime recipitur. quin cõtra Martini diplomata cõtẽdẽtes, sancti Eustathij Cardinalem Auscensem archiepiscopũ qui Auenionensi palatio inerat, tuebant, necminus Venesini rebellabant, Petrus igitur omniũ quæ ibi fierent Ioannem fratrem Fuxi comitem certiorẽ reddit, oratq; per nuncios, ut collecto propere excercitu q̃primum Auenionẽ ac Venesinum comitatum inuadat. rẽ cum sibi tũ etiã Martino pontifici pergratã facturus, Igitur Ioannes cũ ualida militum manu Venesinos inuadit, quibus fortiter resistentibus plurima affert incõmoda, eorumq; agros uicosq; ferro igniq; uastat. totãq; regionem breui tempore in Romani pontificis ac legati redigit potestatem, inde Auenionẽ mouet, quam magna protinus militũ corona cingit, cuius ciues cum acriter résisterent, à Fuxensibus arietibus, bombardis, alijsq; bellicis machinis continenter quatiũtur. Tandẽ post longam obsidionẽ fame inediaq; preßi, cũ nihil ad resistendũ opis superesset, Ioãni sese dedunt. atq; legato Petro intra urbis mœnia recepto in eius ac Martini põtificis uerba iurant, solitãq; illis prestant fidem. Post paulũ temporis Ioannes Carrerius qui à Petro luna summi ordinis antistes in paniscola creatus fuerat, uaria ac multa Galliæ loca schismatis augendi. rerumq; innouãdarum gratia circũibat, quem Armeniacus omni ope omnibusq; rebus iuuabat, ei simulq; Benedicto, qui adhuc ĩ ea põtificatus pertinacia perstabat, obsequium præstans, atq; à Martino plurimum abhorrens. Quocirca Martinus utrũq; anathema-

Ioannes auenionẽ ĩ legati potestatẽ reduxit.

te excecratur, eosq; ut schismaticos hæreticosq; ab ecclesiæ unione penitus exterminat. At nihilo segnior carrerius cum in augēdo schismate perseueraret, ad eáq; rem mortalium, animos qua poterat ratione, anxiè sollicitaret, à Ioanne Fuxēsi, apud Podiū laurentium inuētus, capitur. Fuxūq; perductus arci includitur custo diēdus. ubi tandem pedore ac situ attritus mortuus est. atq; ut schismaticus loco prophano, sacra enim sepultura indignus erat, sub saxum inhumatus. Post paulū temporis Ioānes Carolū septimum galliæ regē orat, ut longā immortalemq; litē, que ab hinc centum ānos sup Bigorræ comitatu cæpta fuerat, tādē terminaret. Cui ille libenter annuit iußitq; præfectorum prætorio sentētijs rem ꝑpere ac recte iudicari in illos acriter inuehens qui tandiu litem finire distulissent. Illi igitur regis iussa facessunt, Ioanniq; Fuxēsi, ꝑpēso prius utriusq; partis iure req; perfecte cognita, senatusconsulto Comitatū adiudicant. & ab eo Armeniacum ac posteros omnino secludunt. Eodem tempore Ioannes Villemuri uicecomitatū, atq; altæ ripæ molendina cū suis iuribus appēdicibusq; emit. Quū aūt Galli & britāni uarijs ac cruētis prælijs mutuò cōtēderēt, fortunaq; in Britānos inclinaret, idē cū copijs ad Carolum galliæ regē proficiscitur, illi aduersus anglos suppetias laturus. Qui etiam pauco post tempore Ioannē ualetam, roterorū perditorūq; hominū ducē aruernos Lemouicosq; nimio plus infestantē, ac bellico strepitu circūquaq; furentē insequit, atq; in oppidū. (cui Mōferrādo nomē) cogit. Quo post lōgā tandē obsidionē ingressus, eū telo sese multaq; ui defendentē capit. Captūq; uxoriū aruernoꝝ oppidū ducit, ductūq; ꝑ portis illius ulmo suspēdi iussit. Quidā scriptū reliquerunt Ioānē comitē, Quanq̄ Galliæ regi strenuā oībus in locis nauasset operā, A dalphino, cū in linguam occitanā uenisset, eius regionis gubernaculo amotum, inq; eius lo-

Villemuri Vicecomitatus, Altæq; ripæ emptio.

cum Carolum borboniũ Claromontenſem comitem ſuffectum. fuxenſeſq; ab hoc poſtea apud biteras, quas ipſi occupabãt, obſeſſos fuſoſq;. Quæ res mihi eo minus credibilis uidetur, quòd ſciam Carolũ ſeptimũ Galliæ regẽ, anno ſalutis. XXXV. ſupra quater decies cẽteſimũ, Viẽnã celebrem dalphinatus ciuitatem ueniſſe, ubi cũ comitia (quæ ſtatus appellant) & dalphinatus & linguæ occitanæ haberentur, Ioannes comes interfuit. Qui tũ ab oĩbus, ueluti uno orę, cũ ob ſummã prudentiã, tũ etiã ob peroptimã diligẽtiſsimãq; linguæ occitanæ adminiſtrationẽ, Fuit maximopere cõmendatus. Qui deinde anno ſequẽti, poſtea quam tres & uigĩti ãnos comitatum adminiſtraſſet. Atq; in ſumma pace & quiete ſubditos continuiſſet, octoq; & decem annos ſine ullo opprobrio ac dedecore linguæ occitanæ gubernaculo præfuiſſet, Maſerijs uita functus eſt. Nunc priuſquam aliorum comitum, qui Ioannem ſequuti ſunt hiſtoriam perſequamur. De alijs Archimbaldi filijs, quẽadmodum polliciti ſumus, & quidem ſuccincte dicemus.

De Gaſtone, ſecundo Archimbaldi filio.

IGitur Gaſto ſecundus Archimbaldi filius Captaubuſus, uir cum bonis moribus. tum diſciplina militari præſtans fuit, ingenio acri atq; ad omnia prompto. Cui nihil unquam antiquius fuit quam ſeruare fidem, adeòq; ut mori etiam potius cuperet, quàm illam ſemel præſtitam fallere, hic ob multas poſſeſſiones, quas in Aquitania obtinebat, Anglo regi ſubditus erat. Itaq; ab eo iam ferè abineunte ætate accerſitur, rogaturq; inter nobiles principeſq; ſuæ domus optimum honeſtiſsimumq; locum accipere. Qui etiam id libenter fecit, ac ſubinde ei fidelitatis iuſiurandum præſtitit, animo quidem ſtatuens nunq̃ ab eo deſciſcere,

quin quæcūq; sors accidisset: in eius fide semper manere. Mox ei cum multa alia, tū in primis equæstris dignitas. & preclara honoris insignia, quæ ordinem Iarroteriæ uulgo appellant, à rege ultro deferuntur. Itaq; propter spectatam uirtutem: reiq; militaris scientiam nulli magis rex Anglus fidebat. Huic etiam, si quando contra Gallos uel Belgica uel Aquitanica gallia prodeundū, aut si contra aliam gentem bellū gerendum esset, summa totius belli ut plurimū demandabat. Qui ob preclara facinora: excelsumq; ac generosum omnibus in rebus animū: & hostibus terrori & Anglis fiduciæ maximè erat. Suisq; ingētibus factis sibi ac posteris summam laudem summūq; decus pariebat. Quum autē Carolus galliæ rex accepisset Gastonem cū anglis in Aquitania esse, ut qui illic possessiōes suas tueretur, ac multa oppida castellaq; præsidio Anglorū nomine teneret, confestim in eū mouet, nullaq; data prouidēdi occasiōe. cū primū illuc appulit innūera oppida ui capit, agros uillas, possessiones, ferro, igniq; uastat, atq; omnē ferè aquitaniā suæ ditionis facit. tandē cōmisso cruēto prælio, cum multos alios tum etiam hunc capit, captūq; in arce recludi: atq; adseruari iubet: Cui tandem interuenientibus amicis impunitatem libertatēq; rex promisit, modo ab Anglis ad se deficere uellet, fideiq; iusiurandū præstare. At ille ut erat propositi tenax, fideiq; perpetuus obseruator, amicis id ei in carcere renūciantibus respondit, se eam maximā libertatem existimare, cui integra fidei religio semper assisteret, atq; econtra perpetuam seruitutē perpetuumq; dedecus, si carceris, ac tormentorum metu, quis fidem semel prestitam uiolaret, tandiuq; hominē dici, quādiu in fide permaneret, Cæterū ruptis fidei uinculis, hominis omnino formā exuere, Induereq; belluæ imaginem. Quāobrem se britāno regi ob fidē præstitam obnoxium addictissimūq; semper fore, seq; malle mortē suppliciaq; pati, quàm

ti, quàm illi non adherere, nō inseruire, non obsequentissimū esse à quo tam pulchra militiæ auctoramēta equestre scilicet īsigne accepisset. Ac subinde tametsi rex meas (inquit) fortunas, meūq; corpus poßideat, animum tamen non habet, quippe qui Anglo regi, cui omnia debeo, semper inseruiat, atq; illi presto sit. Tantūq; abest ut ego possessionum recuperādarū, aut libertatis adipiscendæ gratia, ad Carolum deficiam, & equestrem dignitatē, qua me Anglus insigniit, exuā. ut si triplo meliores conditiones offerantur: aut multò maius īmineat mihi periculum, haud quidem facturus sim, neq; propterea minimum de statu deiiciar. Quod animaduertens rex, ac subinde iniquū esse arbitratus tam excelsum animū in carcere confici, Gastonem omnibus nudum fortunis interdicta ei tota Gallia dimisit. Qui deinde omni spe destitutus, ad regem Aragoniæ proficiscitur, a quo est benignè liberaliterq; exceptus. Tandēq; post aliquot annos Maelliensi oppido, quod ei idē rex habitandū dederat, moritur. Ab hoc strenuißimo fortißimoq; milite Gastone, capdolati candalliq; hæroes traxere originem.

Candallæ & capdolatæ familiæ origo.

De Archimbaldo Fuxensi, tertio Archimbaldi coītis filio.

SEquitur tertius Archimbaldi Comitis filius, eiusdem quo pater nominis, Naualliensis agri quē ei iam uiuens pater in patrimonium assignarat, dominus. qui cum prudentissimus, tum in bello acerrimus strenuissimusq; miles fuit. Hic à patre, uixdum quatuordecim natus annos. Ioanni burgundiæ duci, ut bello assuesceret, fuit traditus: à quo postea ob optimam indolem, cognitāq; omnibus in rebus fidem, est cum maximè dilectus: atq; inter præcipuos habitus. Cūq; in multā creuisset ætatē, maximaq; rerū experientia, ut qui multis bellis interfuisset, clarior haberetur, ei

ab eodem duce summa totius belli, si quod illi gerendum erat, demandari solebat. Neminemq; habebat alium cui tantum fideret, cui etiam sui animi arcana magis committeret. Igitur cum inter Burgundum Aurelianũq; maxima gererentur bella, ac capitales essent inimicitiæ, Burgundus Archimbaldũ, si quãdo ipse interesse non posset, cum copijs mittebat. Qui deinde muneri iniuncto egregiè incumbens, ac pro domini gloria fortiter pugnans, multotiens ex hoste uictoriam reportabat, neq; Burgundi presentia opus erat, cum semel hic belli negotium in se suscepisset. Accuratè enim diligenterq; rem cõficiebat, & neq; in bello solum, sed & in alijs rebus quæ ei à burgundo demandarent, ĩpensius operam præstabat. Interdum legati qui ad Burgundũ mitterẽtur, ab Archimbaldo responsum ferebant. tanta erat in eo prudentia: cõsiliũq;. Proinde Archimbaldus adeò Burgũdo fidelis fuit, ut etiã ei morienti non defuerit. Siquidem cum conciliãdæ inter Dalphinũ Burgundũq; pacis, ac colloquendi gratia cõuentioni dies dicta esset: ac locus (cui Monsteriolo nomẽ) Eò illi uenire cũ decẽ tãtũ proceribus, uti cõuentũ erat, nõ differunt. Quũ uero ibi præteritæ iniuriæ, acceptaq; ĩcõmoda alterutrũ referrent, multaq; hinc inde obijcerẽtur opprobria, ira excãdescens unus ex Dalphini p̃ceribus, (cui Tanguydo castrẽsi nomen, olim Aureliani ducis, qui à Burgundo Parisius interẽptus est familiaris) Ioannẽ Burgũdũ necat. Quod ãiaduertẽs Archimbaldus, qui eò tũ cum alijs p̃ceribus aderat, p̃rimus Tanguydũ stricto gladio appetit, quẽ occidisset, ni se ab eius cõspectu proripuisset. At in alios irã uertens duos ex Tanguydi socijs interimit, haud impune tamen, siquidem post cædẽ æditã: postq; multa alijs inflicta uulnera: ipse etiam telis cõfossus interijt. in morte demõstrans, quali in dominum esset animo: quãq; cuperet iniustam illius necem celerrime uindicare.

Mors Archimbaldi

De Petro Fuxensi Cardinali, quarto Archimbaldi & Ysabellæ filio.

NVnc suo ordine procedat Petrus Fuxensis, quartus Archimbaldi & Ysabellæ filius, uir cum maxima eruditione, tum etiã moꝝ integritate ac sanctitate conspicuus. Hunc (ut diximus) nondum in lucem productum parentes deo opti. maxi. dicarant, Tum deinde eo nato, cum in ea ætate esset qua animi iudicium constat, parentes uoto se liberant, atq; eum Morlani in ædem diuo Francisco sacram deducunt, deductumq; monastico habitu, quem octo & sexaginta annos gestauit, induunt, ac dein solenni ritu facto: cæremonijsq; de more obseruatis: coram frequenti hominũ consessu eiusdem diui religionem sponte libereq; profitetur. Tũ que sunt optimi adibiti præceptores, qui eum liberalibus disciplinis, humanioribusq; literis instruerent, ac simul eius menti bonos mores diuinaq; præcepta assiduè instillarent. Itaq; ipse illis libere obsequẽs atq; eorũ doctrĩæ & præceptis aures facile accõmodãs nihil eruditionis, nihil literarũ, nihilq; proborũ institutorũ ac morũ non imbibebat. nihilq; deniq; optimum & uitæ frugiferũ erat quod nõ statim asseqret. nec quicq̃ tã difficile offerebat, quod is expedita mẽte cupidaq; non arriperet, tanto discendi studio tenebatur. Tãtaq; erat in eo indoles, prudentia, modestia, castitas, sanctimonia, pietas. simplicitas, ĩgeniũ, dexteritas, humilitasq;. Cũq; remittendi ingenij laborisq; laxandi gratia interdũ præceptores ei ludum permitterẽt, is à ludo ad literas confestim reuertebatur, longè magis literario ludo quam somno, luxu, delicijs, atq; id genus illecebris, quibus nobiliorũ ingenia supramodũ capiunt, cupiẽs delectari. Deinde his initijs auctus, Tolosam cũ eisdem præceptoribus proficiscitur, ut ingeniũ diuinis literis oĩno expleret.

Quo perbreui effectum est, ut in uirum doctißimum, oĩbusq; numeris absolutißimũ euaderet, utq; ei Tolosanæ academiæ professores honestißimum doctoratus apicem ultro offerrent. Tanta uero fuit exinde huius uiri fama, ut oẽs eum summo dignum sacerdotio existimarent, cuperetq; sibi quæque natio præfici. Imprimisq; religiosus Lascarensis ecclesiæ cœtus, qui extincto suo antistite in eius locum cooptare non differt, ac mox à Martino Romano pontifice inter supremi ordinis antistites, sub episcopi Albanẽsis titulo, ascribitur. Cũque postea Auenionenses ac Venesini Martini imperium detrectarẽt cuperẽtq; in Benedicti tertijdecimi (quẽ Petrũ lunam uocatũ fuisse diximus) fide manere. Petrus cũ fratre Ioãne comite egit, uti à nobis iam supra relatum est, ut in eos excercitum ductaret: atq; eousq; bello premeret: donec Martinum Romanũ pontificẽ approbarent, eiq; (ut decebat) prestarent fidelitatẽ, atq; ab eo schismate desciscerent, quod iam quadraginta annis eoq; amplius durauerat. In cuius rei gratiam postea Martinus Auenioni ac comitatui Venesino Petrũ uicarium præficit, ac mox cum potestate maxima Arelatensis, Aquẽsis, Auscitanensis, Narbonẽsis, Tolosanæ, nõnullarũq; aliarum ciuitatum, diœcesum, ac prouinciarum legatum à latere creat. quod quidem munus summa cum laude ac prudentia semper administrauit. Multorum conatus qui negocium Romanæ ecclesiæ facessere conabantur, diligenter repreßit. Eorũq; audaciam ac temeritatẽ domuit, qui de ecclesiæ unione deq; christiana republica impudenter ac malè sentiebant. Ac si quos schismaticos apprehendere poterat, eos acerbißime puniebat. Dabatq; operam quã maximam poterat, ut errores, quicũq; imminerent, de medio tollerentur, & ab ecclesia omnino exterminarentur. Itaq; ipse multis legationibus apud uarios principes functus, sedulo dedit operam ut cõmuni consilio uerus pontifex

Petrus fuxẽsis legatus à latere.

crearetur, utq; alij adulterini, quorum causa ingens schisma esset de gradu precipitarentur, Quam ad rem nunc hos nunc illos die noctuq; sollicitabat, Et si qui contra ceruicem erigerent, cõparato suis sumptibus excercitu, armis ad pacem & ad ecclesiæ Romanæ obedientiam cogebat. Adeo ut Auenionensium ac Venesinorũ reducendorum gratia, centum aureorum millia, aut eo amplius, expenderit. Tãta illi inerat cura terreni Christi uicarij Petriq; successoris in suam sedem reponendi, sistendiq; motus, qui omnem ecclesiæ statũ iampridem agitaret. Itaq; post Martini constantiaco cõuentu creationem, cum nondũ odia quiescerent, ut pote scotis Armeniacoq; Benedisto tertiodecimo, burgũdo uero duce & malatestis Ioanni. xxiij. impensißime fauentibus. Caloiannes Bizantinus Imperator legatos ad Martinum pontificem mittit, qui significarent, cupere græcos in his quæ ad fidei cultum pertinerent, Romanæ ecclesiæ uniri: modo id æquis fieret cõditionibus. audiuit libens summus pontifex græcorum postulata, Tumq; ab eo Petrus Fuxensis, qui iam antea in supræmũ antistitum ordinẽ ascitus fuerat, in græciam ad imperatorẽ legatũ mittit. Hunc quidam Petrũ Foncicciũ appellant, aiuntq; hispani generis fuisse. eo forte quod Fuxensis ora hispaniæ citeriori coniungatur, quodue is maternũ genus ad clarissimam hispaniæ gentem referret. Vt ut autem illi existimauerint, satis constat Petrum Fuxensem ea functũ legatione. Itaq; ad Caloiannẽ imperatorẽ cum maximo antistitũ doctißimorũq; uirorũ numero proficiscitur, a quo est perbenignè honorificentißimèq; exceptus. Tumq; legationis exponendæ gratia in certum locum uenire iussus, silentio facto in hunc modum orationem habuit, Nullum maius periculum, humano generi intẽditur, inuictißime imperator quam cum gentes inuicem dissidẽt, neq; in unum cõsentiunt, Nam quẽadmodum membra si capiti nõ

Coloiannes bizãtinus Imperator.

Oratio petri Fuxensis.

hæreãt, atq; à corpore omninò separentur, multum maximumq; dãnum afferunt, totiusq; hominis tandẽ ruina sequitur. Sic q unũ pontificem, cui summa à deo tributa est potestas, non agnoscunt sed in uarias trahuntur sententias, & modo hunc modo illum, ac quandoq; singuli singulos eligunt, humano mehercule generi plurimum nocent. Christianoq; in primis cœtui, qui unum summum pastorem à quo spiritaliter pascatur, alaturq;, tantum habere debet. Quod si aliter fiat, nihil inde oritur, quàm maxima inter populos dissensio, quàm cedes, quàm bellum, quàm æqui iustiq; depra uatio, urbium, populorum, agrorũq; lugenda uastatio, ac depopulatio, diuini humaniq; iuris pmixtio, corruptela, ambitio, fraudes rapinæ, doliq;, atq; tandẽ ĩgẽs fidei iactura. Et quẽadmodũ ĩ unaquaq; ciuitate unus est rector, unusq; in unaquaq; domo paterfamilias, ĩ uno quoq; regno unus rex, in cœlo unus deus, q oĩa solo nutu regit, sic in his inferioribus unũ debet esse caput, unusq; põtifex, qui iurisditionẽ à deo ipso traditã, pro rectæ rationis examine, excerceat, ac pecus sibi ab eodẽ cõmissum suauissimis fidei præceptis sedulò pascat, atq; à noxijs dæmonũ illecebris tueatur. Cui etiam omnes parere necesse est, A quo si quis ausu temerario desciscere præsumat, is ferro igniq; ẽ seuerissimè puniẽdus, & tã q̃ membrum quod corpori noxam affert ab eccesiæ cõsortio separandus. Igitur illustrissime imperator haud clam te est, quamdudum fluctuans Petri cymba in periculo consistat, quamque sæpius in altum sublata uarijs exagitetur procellis. quum scilicet illi antipõtifices Petrus lunẽsis, hispani generis, Ioãnesq; uigesimustertius italici. de obtinendo pontificatu inuicem cõtenderẽt, adeoq; ut in suas quisq; partes multos magnosq; principes traxerĩt, quò per cedes & uulnera in sacrum tandem dignitatũ culmẽ euaderẽt, Quæ res cũ oĩbus alijs, tum tibi in primis nefandissima

crudelissimaq; uideri debet, qui es maximus optimusq; rex Christianarum defensor, qui maximopere curare debes, ne quid respublica christiana detrimenti accipiat, sed ut semper in summa pace ac quiete contineatur, Et quãquã quinq; nationum consensu, quæ constantiaco concilio interfuere, huic malo obuiam itum sit, tamẽ non est omnium repressa insolentia, quippe plures schismatis flãmam, quæ sub cinerem adhuc uiuit, suis turgidulis flabellis ac turbulentissimis concionibus excitant, quibus quidem quantum potuit, summa cum prudentia excelsoq; ac forti animo, Martinus põtifex maximus, cuius ego nunc legatum apud tuã cæsaream maiestatem ago, obstitit, eorũq; audaciam & temeritatem maximis conatibus repressit. Itaq; cum sis maximum fortissimumq; christianæ religionis propugnaculum in quo cum alij principes magnatesq;, tum etiam Romanus pontifex at totum christianum nomen maximam spem sitam habet, effice (nobilissime cæsar) ut ij tuum nomen adesse sentiant, rebusq; afflictis fer properè opem. In tua enim situm est potestate, quàm uelis esse christianæ religionis faciem. Tibi enim omnes omnia acceptum ferunt, te unum omnes suspiciunt atq; (ut par est) uenerantur. Hoc igitur tandem te summus pontifex, amplissimus antistitum ordo, heroes magnatesq;, totaq; Christiana respublica orat, uti ecclesiæ partes suscipias, atq; eam totis uiribus tuearis, & quod constantiaco concilio decretum est, ratum firmumq; tuo numine efficias. neq; his ullatenus assentire uelis, qui ab ecclesiæ uniõe longissime absunt, & uelut amentes ab ea transuersum aguntur. Tum tu interea omnibus rebus quas fieri dici ue cupis modum præstitue, nosq; dicto audientes erimus, Tibiq; totis uiribus totaq; mente obsequemur, Ad quæ imperator paucis respondẽs (inquit) sibi pergratum esse, quòd tota respublica christiana talẽ ac tantũ nacta fuisset põtificem, quẽ

ut ipse acceperat, summa in deũ religio, rectissimus uiuendi mos, prudentia, fortitudo, temperantia, aliæq; uirtutes maximopere cõmendarent. Quãobrem sibi esse in animo eum quibus posset modis iuuare, seq; longè dissentire ab his qui Christianam rempublicam quoquomodo perturbarent, & quæ constantiaco concilio à tot principibus populisque, rectè & prudenter constituta essent, firma rataq; habere, His rebus confectis, legationeq; diligenter impleta, Petrus maximis ab imperatore donatus muneribus Romã reuertitur, qui deĩde postq̃ Martino rẽ omnẽ, quã apud imperatorem gesserat, exposuisset. Auenionẽ se confert: ubi à ciuibus maximi cum lætitia maximoq; honore recipitur. Tum uero reuersus, in gratiam Tolosani gymnasij, in quo optimis fuerat imbutus disciplinis, cultũq; animi acceperat, Anno salutis .LVII. supra quaterdecies centesimum ab Eugenio Nicolao & Calixto põtificibus diplomate obtento, nobile illud percelebreq; Fuxense collegium, cocto latere, pulcherrimo sanè loco Tolosæ magnis sumptibus construi iussit. Quod deinde quinq; & uiginti collegis, q tenuissimis essent facultatibus, attribuit. qui humanioribus literis ac disciplinis instructi, cæsareo pontificioq; iuri darent operam. Atq; illis, ne quærendo uictu ab studio auocarentur, magnos puẽtus: optimosq; redditus concessit. Et ne omnes rei familiaris sollicitati essent, unum ex eo ordine quotannis deligi uoluit, qui hanc curam in se susciperet, quiq; exacto administratiõis anno si quid reliquũ esset, id post duos menses præstaret, quod in ærariũ (uulgo archiuũ appellant) postea inferretur. Hos aũt collegas ex certis uarijsq; prouincijs ac locis, hisq; præsertim quæ tum Fuxensi domui suberant, assumi uoluit. Imprimisq; ex fuxensi comitatu aut Appamia ciuitate tres, ex quorũ numero ipse fraterq; meus sumus, id muneris à maioribus nostris & cõsanguineis adepti. ex

Collegiũ Fuxi

Bearno

Bearno nouem, ex Marſanis, Neboſanis. Narbonenſibus, Villæmuris, aut Lautrecis, Caſtribonenſ. buſq; ſingulos. ex bigerronibus duo, Reliquos aũt ex omnibus locis & populis (exceptis quos ſupra nominaui) Deligi iuſſit. modò humanioribus (ut dixi) imbuti diſciplinis, ex legittimo matrimonio ꝓcreati, ab Epiſcopo primùm attonſi, octodecim annos nati, bonæ indolis ac cãdidis moribus eſſent. Tum uero ne ij quicquã inordinate agerent, neue ob nimiam quidlibet audendi libertatem, in præceps ferrentur, certas ac peroptimas leges ſanciuit, quæ ſtatuta appellare libet, quibus primò cultũ diuinum ſolenneſq; ritus, ac cæremonias. Deinde qualiter collegas omnibus ĩ locis uerſari, quos ſeruare mores, quãue uitam uiuere oporteret. Poſtremo æconomiã totiuſq; rei familiaris exactam adminiſtrationem edixit, cõſtituitq;. Nihilq; tãdem prætermiſit, quod ad uitam cultũq; hominis pertinere uideretur. Duas inſuper bibliothecas, ueterem ſcilicet & nouam pulcherrimum ſanè collegij monimentũ: omnis generis linguarum ac facultatum libris refertas conſtrui iuſsit. Quæ haud quaquam nobilibus illis & omniũ ſermone celebratis attali, Eumenis, & Ptolemæi philadelphi bibliothecis cedũt. Tam pulchris librorum uoluminibus, auro azuroq; illuſtratis, ornantur. ut etiã pleraque ex his mille aureis, eoq; amplius, conſtitiſſe in aperto ſit. Hæc eſt igitur nobiliſsima auſpicatiſsimaq; Collegij Fuxenſis fundatio, ex quo innumeri literati doctiſsimiq; uiri, uelut ex equo troiano armati milites, prodiere. Adeoq; magna ſapientia atque authoritate præditi, ut quidã Epiſcopi, plures Abbates, multi Præſides, Senatores, atq; iudices fuerint. Sũtq; plures ex his q modò ĩ eo uerſant; cum ob ſingularẽ prudentiã, tum etiam ob multiiugam doctrinã atq; eruditionẽ, ſummis honoribus ac magiſtratibus digni. Dein poſt aliquot annos. Quum Petrus Cardinalis grauiſſimo affe-

Petri Fuxẽsis cardinalis testamentũ.

ctus morbo Auenioni lecto decũberet, uenia Romani põtificis impetrata, testamentũ condidit, quo Fuxensi collegio, auream argenteamq́; supellectilem, olosericas auroq́; obrizato cõtextas uestes, quibus (cũ sacris operaret) uti cõsueuerat, sanctorũ relliquias auro argentoq́; inclusas gemmis smaragdis alijsq́; præciosis lapillis ornatas, atq́; alia multa reliquit. Insuper multis templis: cœnobijs xenodochijs, uestalibus, uiduis, innuptisq́; uirginibus, quinq́; & uiginti millium librarũ summam, quæ sine mora soluerent, eodẽ testamento legauit, Cumq́; hæc atq́; alia permulta prudentissimè præclarèq́; egisset, animamq́; deo optimo maximo: totiq́; curiæ cœlesti commendasset, in superos, cũ maximo omnium desyderio

Mors Petri Fuxensis cardinalis.

ac planctu, die qua sanctæ Luciæ festum percelebre est, Anno salutis humanæ sexagesimo quarto supra quaterdecies centesimum migrauit. Cuius postea cadauer in ædem diuo Francisco sacram (uti testamento cauerat) cum maxima pompa deferunt. Quãquam multi antea coniectarent, illum celestinorum cœnobio sepulturam electurum, ubi in diui Hieronymi, quem adprime uenerabatur, honorem sacellum uiuens construi iusserat. Hunc igitur uitæ finem habuit nobilissimus clarissimusq́; Petrus Fuxensis, unus omnium suæ tempestatis antistitum, & morum sanctimonia: & in deum religione longè uenerandus. quem nostræ ætatis antistites (absit dicto inuidia, & pace eorum dixerim) perpauci imitantur. qui & si triplo maiores prouentus quàm ille ex sacerdotijs colligant, nihilo tamen propterea sunt munificentiores, quin quod pauperibus tribuerè deberent, id alendis canibus accipitribusq́;, atq́; id genus inutilibus rebus insumunt: tantumq́; abest ut domos (literatorum habitacula) extruant, ut eos etiam nimium oderint, ac ꝓcul à suis domibus repellãt, & quenq̃ ex his famulatu nõ recipiant. Adulatoribus, mimis, susurronibus, ac penitus indoctis,

aures potius accommodantes, atq; ea nimium amantes, quæ ad luxum deliciasq; pertinent.

D. Matthæo Fuxensi, quinto Archimbaldi filio.

QVintus Archimbaldi filius, quem aliqui quarto loco ponũt, fuit Matthæus Conuenarum comes, uir procera admodũ statura, corpore gracili ac macilento, tenui aduersaq; ualetudine, ut pote qui stomachicus esset. ob idq; bello ac rei militari parũ idoneus haberet, tametsi consilio, reiq; publicæ administrandæ scientia longè polleret. Siquidem constat, hunc tanta prudentia Cõuenarum populo prefuisse, ut immanitatem omnem, si quam haberet, sub eius imperio deposuerit. quippe in facinorosos atq; insolẽtes seuerißime animaduertebat. Arctißimis iustitiæ frenis eorum audaciã cohibens, quam ad rem seueros etiam magistratus adhibebat, q iuris ac legũ sanctionibus, de sceleribus uindictã sumerẽt. Eratq; id summopere necesse, quippe alij comites maximam huiusmodi hominibus peccandi ac quid uis agendi licentiam fecerant. quorum natura ac mores ad hoc etiam nimium inclinabant. Siquidẽ, ut de eorũ origine pauca dicamus, satis constat, hos initio latrones ac perditos homines fuisse, qui ut locũ peccandi tutum haberent, ex diuersis locis huc (ubi nũc sunt) ad montis pyrenei radices conuenere, ex quo nomen illis postea à conuentione inditum est, Conuenæq; appellati sunt, aut, ut aliter coniectare licet, à morum improborũ similitudine ac conuenientia maxĩa. Quod tamen huic genti nõ magis pro brodãdũ est, q̃ olim Cadmo, q cum thebas cõderet asylũ aperuisse fert, ad quod fugiẽtes sine discrimine ab omni pœna tuti essent, ut scilicet ea ratiõe ciuitatem hoĩbus repleret. q̃ etiã Romanis, quibus asylũ initio urbis conditæ Romulus, cum incolæ deessent, constituit. quò & pastorum & perditorum Conuenarũ origo.

hominum uis ingens, scelerum immunitate concessa, confluxit. Itaq; ex uarijs quasi elementis corpus unum congregauit, populũq; Romanum fecit: qui deinde qualis fuerit & bello & pace: qualiaq; ediderit facinora: nulli non patet. sic conuenæ tametsi ex latronum perditorumq; hominum genere originem traxerint, postea tamen mutata quasi natura ac semine (nõ enim in posteros animi uitium transit) in probos ac strenuos uiros euasere, iustitiam coluere, omneq; nephas suis exterminauere domibus. urbes. oppida, pagosq; innumeros condidere, seruatisq; legibus: ac magistratibus creatis suam multum auxere rẽpublicam. Adeò ut pax inter eos: boni æquiq; obseruantia plurimum ualeat atq; constet pluresq; illa ora uiri boni, prudentes, ac literati sæpius existant. & si quælibet natio suos habeat cacos. Iste igitur Comes sua prudẽtia atq; authoritate cõuenarum corruptos mores emendauit, optimum uiuẽdi morem cordibus eorũ instillans: optimaq; ingerens præcepta, adeò ut iusti optimiq; Comitis nomen apud omnes meruerit. quinq; igitur Archimbaldi liberorum uitam, & quidem breuiter, cõmemorauimus, qui quinq; mathatiæ filijs, qui machabei dicebantur, & fide & prudentia & rei bellice gloria atq; iustitia & cultu diuino fuere maximè similes. nunc ad comites redeo.

De Gastone, decimosexto Fuxi Comite.

DEfuncto Ioanne, quemadmodum supra cõmemorauimus. Gasto filius uixdum quatuordecim annos natus, in eius locum sufficitur, eximia uir pulchritudine, rectißimisq; corporis lineamentis, haud quidẽ strenuißimo illi Comiti Gastoni phœbo, & rei militaris scientia: & animi fortitudine cedẽs. Huic Leonora Ioannis nauarræ regis & Blãchæ filia nupsit, ex qua quinq;

filios, uidelicet Gastonem, Ioannẽ, Petrum, & Iacobũ, quatuorq; filias, Mariam, Ioannam, Margaritam, Catherinam, & Heliono ram suscepit. quorum omniũ uitam describemus, posteaq̃ Gasto nis eorũ patris gesta cõmemorauerimus. Igitur cum annus christianæ salutis quadragesimus secundus, supra quaterdecies centesimũ ageretur. Carolus galliæ rex, qui tum Tolosam uenerat, accepit Anglos Tartasium, insigne Aquitaniæ oppidum ad Albretum ptinens, obsedisse. atq; francos qui illi præsidio inerãt, multis modis oppressisse. Igitur cum Dalphino atq; Gastone Fuxẽsi, cui bonã excercitus partem cõmiserat, eò proficiscitur: atq; paruo negocio fugatis Anglis oppidum obsidione liberat. Mox inde ad sanctum Seuerinũ (Vasconiæ caput) mouet. quod paruo momẽto, Gastonis Fuxensis opera maximè adiutus qui illuc cum rege uenerat, & primum ductabat agmen, capit. Deinde eo potitus Rex ad Aquense oppidũ properat, quod sub anglorum fide tenebatur, ingẽtiq; militum corona cingit, adeò ut nulli cõmeatus intra illud importari possent, at tum Gastoni cura demandat, arietibus alijsq; bellicis tormentis urbis muros quatere. Imprimisq; id ppugnaculum, unde angli telis saxisq; piectis Gallis ualde nocumẽto erãt, itaq; Gasto perbreui effecit, ut ea urbis pars (quãtum est iactus lapidis) pateret. qua ĩgredi milites facile possent. Nec mora ille primus signa intra urbem infert, ac mox uictoriã franciãq; (ut mos Gallorum est) cõclamat. At angli fortiter resistunt, cuneoq; facto, qua possunt ui, retro gallos ppellunt. uerum cũ utrinq; diu multũq; pugnatum esset, ac noui milites regi superuenissent, Gallis uictoria cessit. Anglis præsidium relinquentibus, atq; una urbis parte, qua pauci erant Galli, fugam capessẽtibus. Quos insequuti galli, partim trucidant, partim capiunt, atq; intra urbem redeuntes bona, quæ illic relicta erant, diripiunt & tantũ sexui ætatiq;

Tartasiũ.

Sãcti Seuerini oppidum.

infirmæ parcẽtes, quos inueniunt ad unum interimunt. quibus rebus confectis rex strenuiorum militum, qui eo bello optimã nauarant operã, fortitudinẽ ac robur extollit. Ex quibus multos equestri insigniuit dignitate, imprimisq; Gastonẽ, cui maxĩa laus ante alios debebat, quòd oppidi mœnia ualde subruisset, atq; illac primus in urbẽ fuisset ingressus, & signa militaria intulisset. Durãte Aquẽsi obsidione, rex aliquot milites cũ Duce blanqueforto domũ dimiserat, qui cũ ꝑ bernẽsiũ agros iter facerent, ab illis impediũtur, atq; ad mespledã pugnare cogũtur, ubi tandem eos multo malo mulctant, partim ex his interẽptis, partim in fugam uersis. Quæ res deĩde gastoni ualde molesta fuit, eoq; maximè quòd rex arbitrabat: ipsius cõsilio atq; mãdato omne id euenisse, à quo tamẽ malo lõgè aberat. Demũ his rebus cõfectis, ac posteaquã gastoni sancti Seuerini oppidũ. Aquẽse uero Allomaniæ uicecomiti armeniaci filio, rex custodiã demandauit. In Franciã reuertitur. At paucis interiectis diebus cum forte Gasto ex prædicto oppido, in eo relicto optimo præsidio, in Fuxensem oram profectus fuisset, Interea Angli id capiunt. Quod resciẽs ille, comparato exercitu: auxiliaribusq; copijs ꝓpere cõtractis, oppidũ obsidet, ac maximis oppugnat uiribus: paucisq; diebus post eo potitur. ac mox proditores, qui clam noctuq;, cæteris nil tale opinantibus, Anglos intra urbem admiserant, capit atq; ultimo afficit supplicio. Eodem ferme tempore Tartasium oppidũ, quod paulo ante à Carolo Galliæ rege captum fuisse diximus, rursum ab anglis premebatur. quippe Burdegallus senescallus: ac captaubusus cum Anglorũ multitudine illud circũuallarant, tandẽ post septimensem obsidionẽ, cũ nihil proficerẽt, cũ Albreto cõueniunt, ut oppidum in gallorum fide maneret, cui Carolus Albreti filius præesset, fide ab eo data nullam uim aut bellum ex eo aduersus anglos illatum iri,

Bernẽses ad mesple dam occisi

foreq́; liberum anglis commercij causa in illud ire rediréq;, francis quoq́; permissum esse, Burdegalam aliaq; Anglicæ ditionis oppida, negociandi causa adire. Quòd si Carolo hæ conditiones minime placerent, bello decertandum erat. & quibus fortuna melior esset, illis itidem esset oppidi administratio cessura. His conuentionibus adfuit Gasto Fuxēsis, quē tū rex eò cum copijs ideo miserat, ut nisi conueniretur bello Anglos premeret, donec obsidionem soluissent. At postquàm conuenit ad Regem cum copijs redijt. Per idem tempus Rodigus Villandrauus, cum latronum ac perditorum hominum multitudine, quos roteros appellabant, dolo: ac sub pretextu manus (ut sic dicam) regiæ Conuenarum comitatum occupabat, Matthæumq́; Comitem ex eo iam summouerat, cui ea in re Armeniaci multū fauebant, contendentes eum Comitatum ad se pertinere. Quod animaduertens Matthæus, Gastonem nepotem literis ac nuncijs orat, ut se aduersum Armeniacos roterosq; quāprimum iuuet, atq́; excercitum mittat. Ille accepto nuncio uehementer commotus, confestim cum delectis militibus eò properat, atq́; eos, qui Conuenarum castellis atq; oppidis præsidio inerāt, deijcit. Qui uero insulæ dodoneæ includebantur, nimio plus ferocientes, nunq̄ se dedere uoluerūt, donec Gasto bellicis tormentis oppidi turres aliaq; ædificia subruisset, uerūtamen eos tunc orantes: ac ueniam suppliciter deprecantes, minime in deditionem accepit. Quin, quòd pertinaci animo restitissent, ad unum omnes occidi iußit. In hunc igitur modum Gasto illatam patruo iniuriam ulciscitur, atq; eum in suam possessionem restituit, ac mox Rupefortensem arcem, quæ ad Petrum Raymundum Matthæi Senescallum pertinebat, dirui ac solo æquari iubet, eò q̄ is Conuenā orā Armeniaco Villandrauoq; prodidisset. Tametsi præcipua eius custodiēde cura ipsi fuisset demādata.

Rodigus Villandrauus.

Quum uero postea Armeniacus conuenarum comitatum, quẽ iam olim quædam fœmina Comes regi testamento attribuerat, usu cepisset, atq; etiam contra regis ædictum se dei tantum gratia, non etiam regis cui parere deberet, Armeniaci comitem inscriberet. Ac præterea filiam quam habebat, Angliæ regi, citra Caroli consensum nuptui tradere uellet, atq; alia multa commisisset, ea rex uindicare cupiens, dalphinum cum ingenti equitum peditumq; numero aduersus illum mittit. Quod ubi resciuit Armeniacus, insulæ iordaneæ, ubi castellũ fortißimũ erat, sese includit qui paulopost à dalphino oppidũ ingresso cũ uxore & aliquot liberis capitur, qui mox per Tolosam & Lauaurum Carcassonam deducũtur, maior uero ætate filius Allomaniæ Vicecomes, in citeriorem hispaniam, ubi Armeniacus multa oppida habebat, confugit. Deinde uero dalphinus cõuenarum atq; Armeniaci Comitatibus (seueraco Capdenacoq; oppidis quæ nothus Armeniacus ui tenebat, exceptis) Theaaldo ualempargno Lugdunensi bayllino in custodiam cõmißis, in Franciam reuertitur. Cæterum paulopost Allomaniæ Vicecomes, Gastonẽ Fuxensem, qui tum Perpinianũ uenerat, obnixe orat: ut cum rege de pace atq; parẽtibus & fratribus liberandis agat, cui Comes libenter annuit, atq; ad regem profectus obtinet, ut illi liberi dimittantur, atq; in pristinam bonorum possesßionem restituantur, pro quibus ipse etiam fideiussor extitit. scilicet ꝗ ij regi quãprimum fidelitatis iusiurandum prestarent, & nunꝗ postea ab eo desciscerent. Pauloq; post Carolus rex, pristinæ Gastonis uirtutis memor, quantũ scilicet eius opera & Tartasiaco & Sanseuerino atq; Aquensi bellis adiutus fuisset, eum totius uasconiæ regimini præficit. atq; eam tuendam aduersum anglorum potentiam ei demandat. Tum forte renatus Siciliæ rex Caroli pernecessarius qui ex Andegauẽsiũ familia erat, in Galliam uenerat. Quã

Armeniacus capit.

Gasto Vasconiæ gubernator.

obrem

obrem in eius gratiam certamina instituuntur, (quæ Galli torneamenta appellant) quibus Gasto omnibus rebus ad id necessarijs instructus interfuit, hastiludia cũ principibus qui illuc mult ea de causa uenerant egregiè excercens, perniciq; subuectus equo nunc hos nunc illos in terram prostrans, ac etiã telo, hasta, ense, cursu, saltu, iactu, multisq; alijs modis uirtutem fortitudineq; animi ac etiã corporis robur probãs. Adeò ut is utriusq; regis, principũq; atq; heroidũ fœminarum, quæ illic amplis porticibus accipiebantur, iudicio ac fauore, inter omnes concertantes principem locum obtinuerit. Qui deinde cum annus nostræ salutis .XLV. uel (ut Gaguino placet.) XLIX. supra quaterdecies centesimũ ageretur, ad Maulissonẽ Vasconiæ oppidum, quod ab Anglis præsidio tenebatur, magna Bernensium Fuxensiumq; multitudine cõtracta, atq; adiectis auxiliaribus copijs, castra collocat. Erant cũ Gastõe, ut quidã scriptores attestant, in illius obsidione tria equitum deceq; sagittariorum millia. Quos ut oppidani conspexere, preter enim expectationem aderant, subito timore perculsi ad Gastonẽ nuncios de deditione mittunt, Angli uero, qui ibi præsidio inerant, ubi id resciuere, in arcẽ edito loco sitam profugerunt, oppido igitur potitus Gasto rupem, ubi arx sita erat, corona militum cingit, eoq; maximè quod anglos & frumenti & cõmeatus penuria laborare intelligeret. Tum Nauarrus rex, cuius filiã Gasto uxorem duxerat, collectis sex hominum millibus illuc contendit, cognitoq; per exploratores Gastonis militum numero ac robore paulũ retrocedit, seq; ad colloquiũ Comitis admitti postulat, quo impetrato uterq; cum paucis militibus à castris Gallorũ procul mille passus, conueniunt. ubi rex Nauarrus in hunc modum Gastonẽ alloquẽs, miror te (inquit) charissime gener, spreto affinitatis iure, quo unà uincimur, posthabitaq; omni amicitiæ so-

Gasto maulissonem cepit

Nauarri & Gastonis colloquium.

cietate, maulissonē, quàm mihi Anglus tuendam commiserat, oppugnasse, ac tandem ui cepisse. nec eo contentum, arcem etiam quā meus Conestabilis ab Anglo rege commissam præsidio tenet, capere conari, quābrem mihi rem pergratam facturus es si hinc obsidionem soluens, discesseris, alioqui tecum mihi pugnandum erit, quod affinitatis atq; amicitiæ causa plurimum abhorreo. Ad hæc Gasto respondens satis (inquit) scio illustrißime rex affinitatem quàm tu commemoras, atq; amicitiam hoc exigere, ut tibi obsequentissimus ac beneuolus dictoq; audiens sim, cæterum aliò me trahit parendi neceßitas: atq; honestas officij. quippe Carolo Galliæ regi subiectione & fide sum imprimis obnoxius, & iurisiurādi uinculo plurimum adstrictus. subinde Vasconiæ fines meæ tutelæ supposuit, quibus tam fideliter preesse debeo, eosq; tueri, quā liberè nobis demandati fuere. neq; q Maulissonem expugnatum uenimus, id inscio rege factum fuisse arbitrere, siquidem is mißis ad me nuncijs ita fieri iußit, eiusq; nunc obsequimur uoluntati. neq; hinc discedere decreui, donec à fortiori extrudar, aut arcem ad Caroli deditionem compulero, Gastonis igitur cognita uoluntate Nauarrus excercitum reduxit. Qui uero arci præsidio inerant, omni spe destituti, discedendi securitate impetrata arcem Gastoni dediderunt. Capta sic Maulissone cum alia adhuc superessent, oppida, quæ sub Anglorum fide manebant, constituit ea etiam in suam potestatem reducere. quamobrem cum ijsdem copijs fastinguesium, Albretensemq; oram, bello quatit. Agros uillasq; excursionibus uastat. ex incolis quosdam captiuos facit, quosdā uero interimit. ædificiorum molem, quæ anglis tutißimum receptaculum esse posset, uarijs tormentorum generibus subruit, ac solo equat. oppida quæ pertinacius resisterent, neq; se dederent, incendio, posteaquā ea ui ceperat, cōsumebat, atq; eorum incolas, sexus

tamen & ætatis delectu habito, interimebat. adeò ut in Anglos ferociter (ut par erat) Debacchatus terror hostibus ac furia bellica uideretur, Multiq́; de pace nuncios ad eum mittebant, oratum ne in eos saltem sæuiret, qui ultro se dederent, quibusq́; animus esset. ab Anglo ad Gallum deficere. Eodē tempore præfectorum preto rio sententijs Parisiorum lutetiæ, Villemuri Vicecomitatus Gasto ni adiudicatus est. quem nothus Borbonius, stimulantibus Gasto-nis inimicis, sub regia manu posuerat. pretextu iuris conseruādi quod ī eo qdā aruernus, mōtis alti dominus, habere pretēdebat. cui (ut impensam resarciret, quam multā in iudicio fecerat, atq́; ut id pecuniæ reciperet, quā mutuo, accepto in pignus eo comitatu, iam-pridē dederat) gasto ab his magistratibus grādē pecuniæ summā soluere iussus ē. Quū uero angli Guycē fortißimā baionēsis agri arcē præsidio tenerēt eā Gasto suæ ditionis etiā facere constituit. Quocirca Lautrecū fratrem atq́; nothū Fuxensem cum copijs pre mittit: qeā obsiderēt. Interea ipse dat operā ut cōmeatus ac reliqua ad bellū necessaria cōparent. quod ubi effecit ipse cū multis equi-tibus peditibusq́;: ac maxima tormentoꝝ mole subsequit. Cuius ad uentu Gallis miꝝ in modum augetur animus, Anglis uerò qui in tra arcem inerant multò minuitur. Itaque tormentis circū mœnia dispositis fit ingēs arcis cōcußio, frequētiq́; illoꝝ iactu cœlū oē sonitu repletur, ut bōbis territi, quia etiā turriū ac muroꝝ casus ob oculos erāt, de deditione cogitarēt, quū subitò ac preter oīm expectationē Nauarrus Conestabilis cum copijs, ac Georgio sol tinto Baionēsi pretore ꝑ amnē qui Baionā preter fluit, nauibus ad uectus ut obseßis opem ferret adesse auditur, qui tamen à Gallis qui iam antea illud presciuerant intercipitur. Nam cum telluri appellere uellet, in manus Angloꝝ qui in insidijs erāt incidit. A quibus insultu facto ducenti supra mille ex Anglis occiduntur.

Guyces arx pre Baionam.

Georgius autem, ut omnem belli fortunam tentaret, facto cuneo cum sexaginta equitibus per medium Gallorum agmen irrūpēs, in arcis propugnaculū peruenit. Vnde noctu egressus cū Baionā se conferre properat, à notho Fuxensi fugiens captus est. inq; Castra ad Gastonem deductus. hic Georgius, ut quidam scribunt, ex Albretensi patria ortus guycem Anglis accepta pecunia prodiderat, quā deinde Albretensis ab anglis in custodiam receperat, utcūq; tamen sit, constat ea accepta clade Anglos cum iā nulla alia auxilij spes superesset, cernerentq; arcem ipsam multis tormentorum generibus frequenter quati. Et propugnaculum subrutum hostibus ingressum in arcem prebere, cum Gastone effecisse, ut nisi triduo subsidium mittatur, in deditionem saluis fortunis (preter arma) accipiantur. quo impetrato, post triduum inermes extra arcē exiere, ea gallis libere permissa, in qua Gasto præsidium collocat, ac deinde in patriam cum copijs reuertit, paucis quidē ex suis interēptis. Georgiūq; ꝓditorē capite plecti iubet, eiusq; corpus in quatuor partes discindi, proq; portis arcis ī proditionis terrorem & exemplum poni. Biennio post Gasto Narbonæ uicecomitatum, dimidiūq; Captaubusij agri, grandi pecunia comparauit. Cui rei cum æs domesticū nō sufficeret omne ius quod in Vicdalzona (citerioris hispaniæ oppido) habebat, uendidit. ut ex eo ad emptionem Narbonensis ac Captaubusiani agri, suppleret. Quod sæpius fieri solet, maioris commodi atq; augendi patrimonij gratia, qui optimi patrisfamilias mos est conseruādis & acquirendis rebus maximè utilis. Eodemq; ferme tempore, comes Doruallus Albreti filius, basacum præsidio pro Gallis obtinebat, ex quò ad Medocū insulam, nō procul à Burdegala, prædæ gratia proficiscens. Quum in itinere loco ameno restitisset, certior fit Burdegalēses duce eorum maiore (sic enim eum magistra-

Narbonæ Vicecomitatus & agri Captaubusij emptio.

Comes doruallus Albreti filius.

tum qui precipuam urbis curam habet appellant) cum nouem peditum millibus adesse. Itaq; minime perterritus, & si quingentos tātum milites haberet, aciem instruit. atq; illos cum prope adesse sentijt, confestim adoritur. Illi fortitudine hostium ac repentino insultu perterriti, rati etiam multò plures esse, in fugam se proripiunt. quos palantes Doruallus capit ac trucidat. eoq; bello occisi ferūtur, sexcenti supra mille, captiq; duodecies centum. Alij Burdegalā fuga cū maiore se recipiunt. Cuius uictoriæ gloria, post Doruallū, Stephano uignolo, Robino petito, atq; Lespinaßo Fuxensi usu arteq; militari excercitatis in primis ascribenda est. Hæc res à nobis digna uisa est quæ inter gesta Fuxensis domus referretur, tum q; factum præclarum ac gloriosum esset, tū etiā in gratiā nobilißimæ Albretensis familiæ, ex qua tot fortißimi heroes prodiere quæ etiam nūc cum illustrißima Fuxensi familia coniungitur. Quæ etiam sequuntur, digna uisa sunt, quanq̄ alij scriptores ea memorarint, huic nostro operi, quātum ad rem facere uidentur, inseri. Igitur eodem tempore Dunensis comes regis iussu Aquitaniam cum maxima militum manu uenerat, montemq; guyonem obsidebat: cuius præsidio inerat Arnoldus saniulianus, qui longa obsidione pressus: cum sibi nihil spei reliquum fieret: cū Rochechoardo ac Rochefoulando de dedendo oppido paciscitur, nisi prestituta die auxilio iuuaretur. Qua spe destitutus, abeundi cum suis facultatibus potestate facta, Montēguyonem Gallorum excercitui permisit. Pauloq; post Dunēsis comes Blayam: insigne Aquitaniæ oppidum, è regione Medocensis insulæ ad litus maris situm, obsidet. Ad duasq; urbis partes castra ponit, uni preerant Iacobus chabānus & Ioachinus roaldus, alteri ipse dunēsis proq; porta stationem sibi constituerat. Claßi uero, quæ cōmeatus atq; armatos homines subuehebat, Ioannes bursarius. qui portui appul Blaya.

sus, aliquot hostiũ naues frumẽto alijsq; rebus onustas confestim adoriũt, cõfertisq; manibus Angli ĩ fugã uertunt. quos Galli psequuti, ad Burdegalẽsem usq; stationẽ cogũt. Mox inde reuersi Blayã tormẽtis quatiũt, adeò ut multis ptibus ĩ urbẽ ĩgressus pateret Qua illi in muros euadẽtes pbrem potiunt. Ducẽtiq; aut eo ãplius ex Anglis aut trucidant: aut captiui fiũt. reliqs in arcẽ se recipientibus, q etiã se tãdẽ gallorũ potestati certis dediderũt cõditiõibus. oppido potiti, petrũ de mõteferrato hoĩem ĩsigni nobilitate capiũt deĩdeq; datis obsidibus dimittũt, mox Burgũ se conferũt, ac pauco tpe expugnãt. Post paulũ uero Galli quatuor Vasconiæ oppida obsidiõe premũt, Albretus cũ duobus liberis delectisq; militibus arquas, Armeniacus Ryonẽ, comes põtieurus castillionẽ agri Petragoricẽsis oppidũ, Dunẽsisq; comes fronsacũ arcẽ natura loci munitissimã, quod ut resciuere Liburnẽses, metu pculsi ad dunẽsem legatos de deditiõe mittũt, sese caroli regis ditioni subijcẽtes burdegalẽses quoq; legatis ad Dunẽsem missis se atq; ciuitatem cum oĩ Vasconiæ ora, eiusdẽ regis ptãti submittũt certis legibus certaq; deditiõis forma cõstituta & iureiurãdo data acceptaq; fide, q postea cõtra ius fasq; fefellerũt. Quũ uero ãgli (qui docui quatuor locis obsidebãt) de burdegalæ deditiõe à qua auxiliũ oĩno sperarẽt nũciũ accepe, cofestĩ cũ Gallis efficiũt, ut se ĩ deditionẽ etiã accipiãt. Si ab ãglis q erãt burdegalæ subsidia ĩtra prestitutũ tẽpus nõ mittant. Quidã authores affirmãt, tũ tẽporis Fuxẽsem comitẽ. ac Captaubussũ burdegalorũ exemplũ sequutos, etiã in Caroli regis ptãtẽ uenisse, quos dunẽsis comes dedititios acceperit. quã qdẽ rẽ à uero multũ alienã esse arbitror (pace tamem authoris dixerim) quãdoquidẽ Gasto Fuxẽsis comes optimã semp Carolo regi nauauit operã, fugãdis scilicet cedẽdisq; Anglorũ copijs, oppidis insup arcibusq; quas illi ĩ Aquitaniæ Vasconiæq; finibus occuparẽt, obsi

dēdis capiēdisq;.nūq̄q; à Caroli & Galloꝝ fide desciuit de Captaubusso uero in presentiarum neq́; id credere, neq́; oīno refellere est in aīo. quippe q̄ sciā eū aliquādo angloꝝ ptes sequutū. Idq́; etiā loci aliquot supiores referūt. Omni ferè aqtania deuicta, superat inclita Vasconiæ ciuitas Baiona, quā Gasto fuxēsis Dunēsisq; comes cū ualidā m litū manu obsidere pperāt. quò ubi aduenere duobus locis iuxta ripas dorœ niuæq; amniū, qbus ciuitas alluit, castra ponūt, ac mox suburbiū sanleonū maxīs uiribus oppugnare incipiūt, quod aīaduertētes angli q̄ ibi præsidio inerāt, rebus suis diffisi, edificijs oībus incēsis ad suos in urbē se recipiūt. quos ppere īsequuti galli, in urbe simul ingredi conant. At obstitit altissima fossa, q̄ cōtra uim hostiū facta ī ciuitatē īgressum īpediebat. postridie aūt eius diei albretus, et uicecomes tartasus, sublicīū pōtē q̄ ad sanctū spūm ptinet, p quē anglis ad hostes patebat accessus, ducētis eqtibus ac tribus millibus sagittarioꝝ secū ascitis ui occupāt. Angli ex ppugnaculo mari īminēte, unde in hostes eruptio fieri poterat, clā armati exeūt, īparatos gallos de īprouiso aggredi ac ferire cogitātes. At Bernardus bernēsis Fuxensis nothus id presentiēs, obuiā cū copijs pceßit, cōsertisq; manibus eos maxīa uirtute in urbē retrusit. Ac mox sacrā ædē pxime ciuitatē foßis atq; aggere egregiè munitā quo se ingēs ciuiū multitudo, ob maiorē & corporis & bonoꝝ tuitionem, cōtulerat, ui cepit. Itaq; eò angustiæ deducti angli legatos ad fuxēsem mittūt, quò ad colloquiū admittant. Quo īpetrato de pace ita conuenit, ut ipsi ciues liberi, solutis. XL. aureorum millibus rebelliōis causa, ac etiam Ioannebelmōtēsi rhodiensi equite præsidij prefecto cū oībus præsidiarijs militibus captiuo tradito intra urbem dimitterentur. Vrbe in hunc modum capta ac posteaquàm res optima ratione dispositæ essent, Fuxensis Gasto milites quorū egregiam uirtutē

Baiona.

Bernardus bernēsis Fuxensis nothus

Malleo, Ramafortẽsis, Arinhacusq;, equites aurati.

& illo & superioribus bellis perspectam haberet, summè, pro suo more commendat, maximisq; afficit præmijs. atq; è nobilioribus Malleonem, Ramafortensem, Arinhacum, multosq; alios equestri dignitate insignit. Templo uero Baionensi clamidem, quàm auro obrizo contextam habebat, aureumq; equi stragulum. In perpetuũ uictoriæ signum, quàm deo opti. maxi. acceptam ferebat, dono dedit. His rebus cõfectis, franci relictis præsidijs, Burdegalensisq; oræ regimine Claromontẽsi comiti Ducis Borbonij filio commisso domum reuertuntur. Paucis interiectis diebus Burdegalenses ueteris cum Anglis consuetudinis ac commercij memores, coniuratione facta, cuius Monferratus & Dangladus principes erãt, dominum Lesparrum ad Henricum Britanniæ regem mittunt, qui polliceatur cõmuni omniũ ciuium nomine, se ciuitatem dediturum, si excercitus mittatur, qui oppidis Gallorum præsidia deijciat. Cuius rei percupidus rex Tallebotum strenuũ reiq; bellicæ peritissimum uirũ cun notho Anglo & quinq; armatorum millibus classe in Aquitaniam dimittit, qui Medoco appellens longè lateq; agros uastari, igneq; uicos cõsumi iubet, ut esset incolis ipso aduentu terrori, indeq; burdegalam delatus à ciuibus portis clam patefactis in urbem recipitur. Quod ut resciuit Carolus Galliæ rex, confestim ad Claromõtensem comitem, cui Burdegalensis oræ administratio demandata fuerat, Doruallum comitem Albreti filium, & Ioachinum roaldum cum delectis militibus mittit. missa quoq; sunt. Talleboto ab Anglo rege quatuor armatorum millia, cum octoginta nauibus cõmeatum affatim uehẽtibus. Et iã castillionẽ Frõsacũq; Tallebotus receperat, quum illuc copias ducere Carolus ioheacum iubet, qui cum octingentis supra mille equitibus sagittarijs ad castillionem Castra ponit. Atque ea foßis circũdat, ut illò cum opus foret, se Galli reciperent. quod ut

Tallebotus.

cognouit

cognouit Tallebotus, cum quinq; anglorũ millibus in Gallos pro greditur, atq; in eos impetum facit. illi ut destinarant in uallum propere se recipiunt: preter paucos quos segnius agentes Tallebotus cedit. qui, q̃ Gallos fugere arbitraretur gloria elatus: paulum substitit: ac se reficere milites iubet. quã moram ualde utilẽ Galli post paulũ sentiere, nãq; interim circum uallũ tormenta disponuntur, seq; ad sustinendũ anglorũ impetum animosius preparant. Igitur cum omnibus copijs Tallebotus in gallos progressus: tumultuaria pugna in uallum irrumpit. unde eum Gallus egregia uirtute pugnãs deijcit. At nihilo segnius ille gradario equo ob ingrauescentem ætatẽ insidẽs: suos ad bellũ aĩabat. Itaq; diu utrinq; certatũ est, uictoria in neutram partem inclinante, donec adiunctis britonum cohortibus maiores uires Galli recipiunt: Anglosq; lõgius propellunt. qui quum Tallebotũ ducem sagittæ ictu percussum humi iacentem: gradarium glande prostratum uiderent, animo deficiunt, fugamq; moliuntur, quos insequuti Galli multis cladibus afficiunt, eosq; partim interimunt, partim captiuos ducunt. Eo prelio Tallebotus, nothus britãniæ, Talleboti filius. alijq; quadraginta uiri illustres, cum octingentis obscuri nominis anglis desiderati sunt, Totidẽq; amnis Dordonæ uorticibus, q̃bus se crediderant, submersi Ex eo bello quinq; Anglorũ millia superfuerant, quos Monferratus, Danglandusq;, ac candauli filius eorum duces Castillionem reducunt. Lesparrus autem, quem à Burdegalensibus ad Henricum britanniæ regem missum supra docuimus, Burdegalã se propere cõtulit. At uero Castillionenses animo cernentes se contra Gallorũ uim aut quidem pares esse: quorum uires cum eo prelio, tum etiam alias experti fuissent. Legatis missis in deditionem ueniunt. Tumq; est comes Cãdaulus Captaubusij filius captus, & ad Carolum Galliæ regem deductus. Similiter Melio-

Talleboti mors.

nenses, Liburnenses, Sammacharij, Blanchafortenses, Langonij, & Villendraui deditionem fecere. Cadilliacum adhuc restabat, quod firmo Anglorum præsidio tenebatur, quod Fuxẽsis Gasto comesq; Armeniacus, q tum inter se fœdus indissolubile percusserãt, comparato excercitu omni ex parte obsidẽt. Ipsiq; ad sancti Martini xenodochium, quod ad muros urbis situm est, castra collocant. Indeq; arietibus alijsq; id genus tormentis ciuitatem: illiusq; arcem, quàm Galliardetus petitus Bernẽsis cum ualida militũ manu præsidio tenebat, frequẽter quatiunt. Is Galliardetus haud multo antea Gastonem, cui ob nimiũ robur ac bellandi dexteritatem ualde familiaris fuerat, accepta ab Anglis pecunia prodire uoluerat. At cum doli cogniti fuissent: metu se ad anglos contulit cum aliquot suæ factionis hominibus. Igitur subruta meniũ parte effractisq; portis in oppidum ingrediuntur, ferro igniq; omnia uastantes. Cæterũ Angli illesi saluis rebus in patriam dimittuntur. Galliardetus autem ob proditionẽ cæteriq; Bernenses, qui cum eo erãt, Fuxensis iussu capite plectuntur. Ac deinde Gasto pro more laudatis militibus suum fratrem Lautrecũ, Mirapiscensem dominum, mucentium Bearni Senescallum, compluresq; alios nobiliores equestri dignitate insigniuit. Iisdem ferme diebus pons Fuxi, qui utramq; aurigeræ ripam amplectitur, exædificari ceptus est. Cui operi Gasto quadringẽtos aureos, à suo thesaurario Arnaldo squerrerio exsoluendos, attribuit. modo reliquum Fuxensis abbas: ciuitasq;, quoadusq; perfectus esset, conferrent. Eodemq; tempore maximum erat Caroli regis Galliæ in Ioannem Armeniacũ odium (quamq̃ illi semper obsequentißimus fuisset, adeoq; ut Armeniacorum nomine generali appellatione franci designarentur. quẽadmodum burgundorum illi qui francis & regi aduersarentur) quod scilicet Iustinum alterũ Auscensis archiepis-

copatus competitorem, contra regis uoluntatem in possessionem misisset: quódq; etiam sororem iisdem natam parẽtibus incestu polluisset, ac nuptias cum ea contraxisset: quas Ambrosius cãbrayus Calixti pontificis maximi referendarius, confecto falso diplomate permiserat. quæ res multum Armeniaci crimen eleuabat. Quãdoquidem is arbitrabatur id legitimè fieri posse, quòd à Romani pontificis magistratibus permitteretur. Et posteaq̃ id diplomatis (quòd integrum probumq; existimabat) obtinuisset, iam nihil obstare, quin iure cum sorore nuptias contraheret. Itáq; his rebus permotus rex, claromontẽsem comitem cum copiis in Armeniacum mittit, qui eum ab uxore discedere compellat: ac ni pareat, possessionibus spoliet: quòd postq̃ resciuit Armeniacus, in aurensem oram, quæ est in montibus pyreneis, soror uero per Coseranũ, atq; eorũdem montium iuga, in citeriorem Hispaniam & pallearensem comitatũ cõfugit. Itáq; Claromontensis his minime inuentis, Lestoriam, atq; alia oppida cepit, & regiæ ditioni submisit. Quæ tamen longo post tẽpore, à Carolo Aquitaniæ duce Ludouici undecimi Gallorũ regis fratre, illi inuito rege restituta sunt, atq; ab eodem est ipse ab exilio reuocatus. Cuius causa (ut quidam scribunt) Fuxensis comes Armeniacusq; cum Carolo duce conuenerunt, & contractis copiis in armis steterunt, perinde atq; regi bellum illaturi essent. Cæterum missis in Aquitaniam copiis, regem Ludouicum inceptis obstitisse, bellumq;, si quod immineret, auertisse. Pauco dein tempore Lestoria, quã Petrus bel'oiocus comes regis nomine tenebat, ab Armeniaco, proditorum dolo, recuperatur. Quàm postea Ioannes Cardinalis Albiensis yuoq; fagonus iussu regis obsident, & tandẽ (quia Armeniacus eos intra oppidum deditionis simulatione receptos occidere parabat) oppidum diruunt, & Armeniacum cũ omnibus oppidanis (excea

Lestoria.

pta coniuge & duabus tantum pediſſequis) interimunt. Cuius rei odio Ioannes alenconius Dux Armeniaci affinis, condonati iam olim criminis immemor: ad Burgundũ ducem deficere, & uenditis poſſeßionibus ad eum proficiſci conſtituebat, cum à Triſtando heremita iuſſu regis capitur, & Lochias primum deinde luparã perducitur, ubi tandem inedia ſituq; confectus eſt. Sub idem tempus Gaſto comes cum Leonora uxore & Maria filia, in citeriorem hiſpaniam (quæ Cathalonia dicitur) ſui ſoceri Ioannis nauarræ regis uiſendi cauſa, qui Caroli filij metu illuc auf ugerat, trecẽtis eqtibus comitatus ꝓficiſcit̃, qui Caſtillioni farſaniẽſi primũ mox ad celebratißimũ deiparæ uirginis ſacellũ, (quòd de Monte ſerrato uocat̃) uoti ſoluendi cauſa appulit. Indeq; Barchinonã, ubi tum nauarrus cum coniuge agebat, ſe confert. à quo omnibuſq; ciuibus fuit honorificentißime exceptus. Tum uero ob eorum aduẽtum rex haſtiludia edici iubet, quibus Gaſto armis equiſq; perbellæ inſtructus interfuit. Interfuere etiam magiſter Calatrauus (dignitatis nomen eſt) Nauarri regis frater, Pratenſis, Paleacenſiſq; comites, philippus albertus ac Ralloudus nobilißimi equites, alijq; innumeri heroes magnateſq;. hi omnes equis inſidentes haud quidem ſegniter agebant, quin inter ſe uarijs armorũ generibus pugnantes, principem quiſq; locum obtinere contendebãt. Quem Gaſto omnium qui certamini aderãt iudicio meruit quippe qui uibrandi atq; intorquendi teli peritia, impellendi retrahendiq;, atq;, cum opus foret, in gyrum uertendi equi dexteritate, maximè polleret. Poſtero die (qui dominicus erat) Gaſto certamina rurſum conclamari iubet: binoſq; adamantinos lapillos aureis annulis incluſos, ſexcẽtis eoq; amplius aureis eſtimatos, certãtibus præmiũ conſtituit. Ipſeq; primus certamen inijt, ac maxĩa corporis ui quadraginta lanceas, ipſomet rege eas illi miniſtrante, perfregit. infi

alẽconius dux armeniaci affinis.

nita populi multitudine id spectante, & preclarum facinus in cœlum efferente. Et quamq̃ ei belli præmium omnes defferrẽt, ab eo tamen abstinuit: alijs qui inter se melius certarent relinquẽs. Post hæc Nauarrus rex apud Gastonem generum cõqueritur, ꝗ à Carolo filio inhumanè contraq; pietatis officium haberetur, ꝗq; ab eo regno expulsus, & uerberibus affectus fuisset. quòd etiam aliquot regni principes, rerum nouandarum percupidi, nimio plus illi fauerent, rebusq; omnibus eum iuuarẽt. Itaq; Gastonem orat, ut iniuriam ad se etiam pertinere arbitretur, & in regnũ socerũ quibus poßit rationibus restitui curet, quod si faciat, multũ de regni succeßione, cũ filius esset ingratißimus, sperare posse ait. His rebus permotus Gasto, socero bona spe esse iusso, per Tarraconem cum suis nobilioribus ĩ patriã redijt. Interiectisq; aliquot diebus ad regem Galliæ proficiscitur, eum utiq; oratum, ut Ioãnẽ Nauarræ regem: à filio ignominiose habitum: ac regno cum summo dedecore eiectum: in illud restitui permittat: neque sinat regiũ nomẽ quod cũ alijs regibus, tũ ipsi ẽprimis ꝗ primus ac potentissimus oĩm esset, ꝑcarũ esse debeat ĩdigne haberi. qo ĩpetrato Gasto in patriam reuersus excercitũ comparat, atq; ex Tarraconensi regione auxiliares copias sibi adiungit. Quod resciens Carolus nauarri filius, oppidis castellisq; firmißimo relicto præsidio, ad regem in Galliam confugit: quẽ Doruallus comes Albreti filius cum aliquot militibus, ne à Gastone in uia forte offenderetur, comitatus est. Itaq; Gasto omnibus rebus instructus, per pyrenea iuga in nauarram excercitum traducit, ubi cõfestim San pantaleonem oppidũ obsidet: ac post aliquot dies irruptione facta capit. quo potitus totum Nixensem agrum expugnat, ac crebris uastat excursionibus. Deinde Garicum oppidum oppugnat, quod etiam post multam suorũ militum cedem ui capit. Cuius ingressu Garicum.

Sancius Gassias Dastensis uicecomes

cũ multos alios, tum imprimis Sanciũ Gassiã aurẽsem Dastẽsem Vicecomitẽ Bigorræ Senescallũ amisit, At oppidani ut ingredientes hostes uidẽt metu pculsi nihilq; amplius animi ad resistẽdũ habẽtes: pportã oppidi agmine facto abeunt, q aũt suis colligendis rebus nimiũ intendebãt, atq; ob id segnius fugã capessebant, à Fuxẽsibus cõprehẽdunt. Quibus postea Gasto dextrã manũ abscindi: simulq; dextrũ oculũ in rebelliõis ac lesæ maiestatis pœnã, erui iussit, ut eo exẽplo cæteri cõmonefierent, haud esse aduersum regẽ dominũue dimicandum quicquãue moliendum, cui subditos omnes obsequentissimos & ualde addictos esse oportet. Erat in eo bello Robolietus Aragonius eques, qui in Gastonẽ inuidia motus: Technis dolisq; Fuxenses milites ad pompeiopolim, simulatione pugnæ, deductos comprehendi, & intra urbem captiuos agi curabat. Itáq; nauarra capta, relictáq; illic Leonora uxore: quæ regnũ suo iure administraret, Gasto in Galliam redijt. Interea Carolus Nauarræ princeps, è gallia in hispaniam Barchinonã cum aliquot suæ factionis hominibus cõcesserat, ubi tandem fato functus est. Huius autẽ belli, ac dissidij causas inter patrem & filium, quæ scilicet fuerint, hic locus ad dicendum admonet. Igitur sciendum est, Ioannem nauarræ regem, regio ortum genere, Alphonsi Aragonij regis fratrem fuisse: qui Blãcam Caroli nauarræ regis filiã, ad quam post patris mortem regni successio pertinuit, habuit uxorem. Ex qua tres suscepit liberos, unum uirilis stirpis Carolũ scilicet, duasq; fœminas, quarum una Hẽrico castullonis regi nupta fuit: quæ postea, cum nullos liberos natura impedita pareret, à marito diuertit. Nauarráq; primũ ac deinde Bearnũ adducta: Lascurris diem obijt, cœnobioq; diui Frãcisci conditur. Altera uero, cui Leonora nomen, Gastoni (ut iam diximus) matrimonio locatur. Post aliquot autem annos blanca uxore mortua: Ioannes alteram

duxit uxorem Ferdinandi hispaniarum ac Siciliæ regis matrem: atq; etiam mortuo Alphonso fratre Aragoniæ regnum obtinuit. Itaq; cũ Nauarræ regni succeßio, matre de medio sublata carolo obuenisset: haud quidẽ patiebantur regnicolæ illud à Ioanne administrari eoq; maxime ꝗ ipse aliam duxisset uxorem, & aliud regnum, cui imprimis præesse oporteret, obtinuisset. propterea illi Carolo regni habenas communi consensu deferebant. Ioannem ab eius administratione omnino excludẽtes, & Aragoniæ regno cõtentũ esse debere affirmantes. Nunc ad institutum redeo. Quũ igitur annus esset quinquagesimus septimus, supra quaterdecies centesimum, Gasto cum multis nobilibus suoq; fratre Petro Lautreco, ad Galliæ regem proficiscitur. At post paulũ lautrecus Brideræ galliæ oppido peste correptus interijt. Cui post mortem Mirandæ astaraci oppido ex uxore, quã moriens grauidam reliquerat, natus est filius Ioannes, Henrici lautreci (Odeti filij) auus. Interea uerò quum Gasto in aula regis ageret, à Laodislao pannoniæ rege ad Carolum gallũ legati mittuntur, qui Magdalenam eius filiam in matrimonium petant. Quos quidem rex atq; alij principes & magnates honorificentißime exceperunt. Imprimisq; Gasto comes, qui lautißimum opiparumq; conuiuium apud Turonum in ædibus sancti Iuliani, quò ipse diuerterat, apparari iubet. quadrasq; duodecim in aula quàm amplißima capacißimaq; disponi, quò cum legatis franca ferè nobilitas uiri fœmineq; conuenere. Cũq; mensis discumberent fercula omnis generis allata sunt, capreæ scilicet, damæ, cerui, lepores, apri, cuniculi, pauones perdices, sturni, turdi fasiani, aliarumq; lectißimarum auiũ & ferarum copia. Gastone Fuxensi, dunensi, marchiæq; comitibus, ac maximo Normãniæ senescallo, œconomorum ministerium exibẽtibus, tum præcedentibus tubicinibus tigris ingẽtis belua magni

Mors Petri lautreci.

Opiparũ Gastonis conuiuiũ.

tudinis ignem ore uomens (sic enim arte compositum fuerat) aureum torquem collo gestans unde pannonij regis insignia pendebant mensis circunfertur. quæ quãquàm mortua esset, horrorẽ tamen discũbẽtibus, presertim nobilibus matronis, ingerebat. Mox artocreæ, placentæ, pastilli, dulciarij panes, mellita edulia, zaccaro melleq; condita & cõcinnata singulis mẽsis afferũtur. dein duodecimuiri per aulæ medium incedebant, ligneam arcem quadrilateram humeris gestantes cuius singulis lateribus singulæ turres erãt, uirgines accipientes. quæ eiusdem regis ac legatorum insignia per fenestras manibus pretendebant. Postea introducuntur mimi, coraulæ, cantores, tybicines, fidicinesq;, discũbentium animos suauissimis cantibus exhilarantes. Demũ post longam ac splẽdidam cenam: postq; tam lauta, opipara, condita, exquisitáq; cibaria, allatus est mons ingens quẽ quatuor & uiginti homines deferebant, ex quo bini fontes alterum roseæ, alterũ moscatulæ aquæ, miro artificio manabant. Ex quo etiam per subterraneos meatus, cuniculi, lepores, omnisq; generis auiculæ prodibant. circum mensas atq; aulam perpetim uolantes. Quatuor insuper pueri totidẽq; puellæ ex eiusdem montis antro exibant, siluestri habitu induti, maurico more choreas agentes, uelutiq; pauidi discumbentiũ aspectum refugientes. ac de cõposito ex antro sæpius prodeuntes: séq; in illud ocissime, uelut metu perterriti, recipientes. quæ res omniũ animos cũmaxime oblectabat. Itaq; tam spendidum tamq; elegãs conuiuiũ nemo omniũ erat, qui non in cœlum efferret. Nemo non lautitiam, apparatũ, copiã, splendorem, frequentiam, uarietatem, hilaritatemq; omnibus extollebat modis. ut iam ferè dicerent, nihil in eo genere fieri cogitariue opulentius potuisse. Abaci insuper, pluteiq;, præter argenteos discos, qui centum quadraginta uix singulis mẽsis sufficiebant, multo auro argentoq; cœlato onerabantur.

rabãtur. Aulæa, peristromataq́; beluata ex alexandria alijsq́; longinquis regionibus conquisita: omnem circum locum uestiebant. Et ita quidem omnia disposita erant, ut domus ipsa quodammodo ridere uideretur. Demum ipsi oratores multiq́; alij à Gastone splẽdidißimis sunt donati muneribus, atq́; in uulgus affatim sparsa mißilia: tubarum clangore interim liberalitatem indicãte. Postea uerò Gasto certamina, uelitaremq́; pugnam in octauum decimũ diem edici iusserat, & iam Dunensis comes lautißimum opiparũq́; conuiuium eisdem legatis apparabat, cum triste nuntium è pannonia affertur, Laodislaum regem peste occubuisse. Itaq́; ea res omnium animos à conuiuijs & hilaritudine auertit, ingentiq́; affecit mœrore. Anno autem sequenti apud uindocinas procerũ cõuentu habito, Carolus galliæ rex de Ioanne alenconio, qui ad britanniæ regẽ defecerat, decerni iubet. Ea res per duodecim regulos (quos franciæ pares appellant) dijudicanda erat. At deerat unus Tolosatum scilicet Comes, qui à prima parium institutione à Carolo magno facta, unus ex duodecim de comitum numero fuerat, Itaq́; cum rex eũ comitatũ obtineret. Gasto Fuxẽsis comes in Tolosatis locum sufficitur. Fitq́; cum maximo omniũ plausu & lætitia par franciæ. quæ postea dignitas posteris fuxi comitibus, quasi per manus tradita est Eodem ferme tempore ingeniosa sanèq́; artificiosa imprimendi ars, à Germanis Maguntiæ primum inuenta est. Quàm deinde post aliquot annos ijdem Romanos docuerunt. Cũq́; ea res ferè diuina sit, etiam à diuinis uoluminibus exordium cœpit. Nãq́; ex omnibus authoribus ac libris lactãtius firmianus, Augustinusq́; de ciuitate dei (ut uolaterranus author est) primi typis æneis impreßi sunt, quæ res deinde in maximum literarum literatorumque decus, ornamentum, atque utilitatem cessit. Cum ut post cãpanum Guillelmus perrerius Tolosas doctissi-

Fuxi Comes par franciæ.

Ars ĩpressoria.

mus eloquẽtissimusq; uir ait, tantum uno die diligentissimi calco typi, quantũ integro anno scriptoris uelocissima manus literarũ sufficere ualeat. Cuius artis olim primæ partes Aldo manutio Veneto calcographo sine controuersia tribuebantur, nec abs re, siquidem is & græce & latine doctissimus erat. Nostra uero ætate apud germanos Frobenius Basiliensis, aqud Gallos Lutetiæ Colineus, & Robertus stephanus, Lugduni Sebastianus griffius, Tolosæ, ne digno primum huius operis cusorem fraudemus honore, Nicolaus Vieillardus inter alios principatum obtinent. Deinde, ut ad rem redeamus, Cum annus sexagesimus supra quaterdecies centesimũ ageretur. Dunensis comes. Quicquid iuris ĩ agro Capdolatio habebat. Gastoni Fuxensi iusto pretio uendidit. Duobusq; annis post Gasto, cum annũ suæ ætatis quinquagesimum exegisset, sexq; & triginta annos comitatũ administrasset, atq; liberos utriusq; sexus quos nouem (ut diximus) habebat, clarissimis domibus matrimonio copulasset. apud Roncam uallẽ, cum forte Nauarram proficiscerẽt, uita functus est. Post paulùm etiã tpis Ioãnes Aragoniæ rex Gastonis socer interijt. Post cuius mortem Leonora filia Gastonis coniunx, cum nulli liberi uirilis stirpis superessent, Nauarræ regnum, quod antea uiuẽs pater administr rat, omnino obtinuit. Tumq; primum illud Fuxensi domui obuenit, conuenientibusq; pompeiopolim omnibus regni principibus magnatibusq;: & sacro de more facto: Leonora cum maximo omnium plausu regina coronatur, quæ cum prudentissime fœlicissimeq; regnũ quatuor annos administrasset, Tutelæ Nauarræ oppido mortua est. Ibiq; eius corpus regio apparatu ac pompa sepultum, tum deinde atafalhã in ædem diuo Francisco sacram quàm multis auxerat dotibus delatum est. Hũc igitur in modum Nauarræ regnum ad Fuxensem domum per sexum fœmineũ peruenit. sicuti multa alia do-

Capdolatij acquisitio.

Gastonis mors.

Nauarræ regnũ Fuxensi domui obuenit.

Leonora coronatur

Leonoræ mors.

minia, siquidem Bearnũ & Bigorram itidem fœminæ ad eandẽ familiam detulerunt. Ex quo planissime constat, fœminas Nauarræ, Fuxi, Bearni, & Bigorræ successionis esse capaces Quod si pariter ad Aragoniæ regnum admitterentur, haud quidem Leonora, quæ Ioãnis Aragonij filia erat, facile Ferdinãdo cessisset Eniuero Nauarræ regnum nõ patris sed blancæ matris medio obtinuerat. Hæc de Gastone sexto decimo Fuxi Comite eiusq; uxore Leonora dicta sint, reliquũ est ut (quẽadmodum polliciti sumus) de nouem liberis, quos ipsi ex legitimo matrimonio ꝓcrearũt, dicamus.

BERTRANDI

Heliæ Appamiensis, Historiæ Fuxensium Comitum. Liber Quartus.

De Gastone, primo Gastonis Comitis & Leonoræ filio.



ASTO SEXTVS DEcimus Fuxi comes, quẽadmodũ superiore libro diximus, ex Leonora coniuge quatuor filios: totidemq́; filias, una magis, puscepit. quos optimis moribus & discisinis imbuendos curauit. atq; imprimis Gastonẽ, quem ꝙ primus ex filijs esset, bonorum successorem sperabat. Is itaq; iam usq; à puero pronum ad rem militarem animũ habere uisus est. Tamq́; clarus in ea euasit, ut Ludouicus Galliæ rex Caroli septimi filius Magdalenã sororem eiusdem Caroli filiam ei matrimonio copularit, Viennæq; Magdalena Gastonis uxor.

comitatum eo nomine attribuerit. Ex qua quidem Gasto duos suscepit liberos, Franciscum phœbum & Catharinam, de quibus suo ordine postea dicetur. Quum uero annus septuagesimus supra quaterdecies centesimum ageretur, Carolus Aquitaniæ dux Ludouici regis ac Magdalenæ frater, in Aquitaniam proficiscitur: ut eius regionis possessionem adipisceretur. Quē cum multi alij principes heroesq;: tum etiam Gasto, fuxensis comitatus est. At uero cum hastiludia tertia ac uigesima Nouembris die ducis iussu principes nobilioresq; Liburnæ excercerent, Gasto, qui inter omnes & equitandi & feriendi dexteritate principem locum obtinebat, suæ lanceæ fragmine grauiter ictus anno suæ ætatis sexto ac uigesimo interijt. Qui paulò post cum maxima funeris pompa, eum duce ipso comitante, Burdegalam defertur, inq; æde diuo Andreæ sacra sepelitur. Quod ut resciere Gasto Leonoraq; eius parentes maximo mœrore conficiuntnr, maximisq; eiulatibus ac lamentis cœlum complent. Diuq; in eorum palatio dolor luctusq; permansit: cernebant enim iam se senio confectos, Magdalenam uiduam, filiosq; Franciscum phœbum & Catharinam impuberes relictos: ad quos etiam dolor mœstitudoq; maximè pertinebat.

Gastonis Fuxensis Viēnæ prīcipis mors

De Ioanne, secundo Gastonis comitis & Leonoræ filio.

IOannes Narbonæ Vicecomes, secundus Gastonis & Leonoræ filius, preclaris ac memorandis facinoribus illustris fuit, Reiq; bellicæ longe peritissimus. Is ab ineunte ætate Ludouico Galliæ regi, huius nominis undecimo, à parentibus in obsequium traditur: quem, ut adoleuisset, ob spectatam in eo fidem preclaraq; iam edita facinora, idem rex Mariæ suæ consobrinæ Ludouici

Aureliæ ducis, eius qui postea Carolo octauo Galliæ regi succes sit, sororis uirum esse uoluit. Cui Aquitaniæ ac Dalphinatus gubernacula commisit: quem etiã regio insigni, quod sancti Michaelis ordinem appellãt, decorauit. Hic tante magnitudinis ac roboris fuit, ut nemo illi, utraq; hac in re, non cederet. Adeoq; ut etiã Galliæ hostis Hedoardus Britãniæ rex, cũ eius fortitudinẽ Normãnico bello expertus esset, dicere nõ dubitarit: nequaq̃ tota Gallia fortiorem excelsioreq; illo inueniri posse, summã utiq; laudem ei tribuens. Quæ res multis alijs postea bellis comprobata est. Nã cum mortuo Ludouico undecimo Carolus octauus in regno successisset, in animum primùm induxit, totũ Italicũ nomen suis armis subigere. Quãobrem ex omni Gallia excercitum comparat, & strenuißimos quosq; ad se uenire iubet. Imprimisq; Ioannem fuxensem Narbonæ uicecomitem, cui secundum se totius belli summam cõmisit. maxime sperans eius opera futurum, ut quod animo conceperat celerrimè cõficeretur. quod etiam haud quidem frustra fuit, nempe, præter neapolitano bello strenuißimam nauatã operam ipse etiam multis alijs bellis inuictißimum excelsiq; animi uirum sese ostendit. presertim apud Fornouium cum Carolus Galliæ rex cum septem tantum Gallorum milibus quadraginta eoq; amplius hostium millia fudit, superauitq;. Moxq; cum audisset Ludouicum Aurelianum ducem qui nouariæ inerat à Mediolanensibus & hispanis grauiter obsideri, & iam omnibus rebus defectis de salute desperare, illuc maxime consilio Ioannis fuxensis qui Aurelianum ob affinitatem liberare summopere cupiebat, propere aduolat. Quò ubi aduenit Mediolanenses metu terrẽtur, & appositis conditionibus, nescio an minus æquis: Ludouicum Aurelianum ducem liberum dimittunt, atq; obsidionem soluunt. Sic uoti cõpos factus Ioãnes, cũ Carolo rege in galliã redijt. Hic ex

Maria Ludouici duodecimi soror Ioannis fuxensis uxor fuit.

maria uxore duos suscepit liberos, Gastonē & Germanā: qui Maserijs Fuxensi oppido nati sunt. Hæc cū pulcherrima esset, atq; ad modum iuuenis: Ferdinandum Hispaniæ Regem maritum habere meruit, Quo mortuo alterum sibi, haud ita fœlici fœdere, copulauit. Ille autem scilicet Gasto fuit strenuus atq; ingentis spiritus uir. Cuius gesta postea suo loco describentur. Proinde Ioannis Narbonæ Vicecomitis multa sunt alia preclara facinora, quæ in præsens omittimus, cōmodiorem multò locum obtentura: cum uitam ac gesta Francisci phœbi & Catherinæ eius sororis describemus. Verūtamen hic tantum hoc subdam, eum stampis, cum apud regem ageret, mortem obijsse. Ibiq; cum maxima funeris pompa tumulo mendatum fuisse.

Germana Fuxensis Ferdinandi Hispaniæ regis uxor.

Ioannis Fuxensis mors.

De Petro Fuxensi Cardinali, tertio Gastonis Comitis & Leonoræ filio.

1449.

TErtius Gastonis filius Pali oppido Anno salutis humanæ quidragesimo nono supra millesimū & quadringentesimū natus est, qui statim à puero optimis traditus est præceptoribus: qui eum erudirent: humanioribusq; imbuerent disciplinis. atq; eius animum quaqua parte excolerent. quod ut melius succederet, sapiētissimo uiro, perfectißimoq; religionis ac bonæ uitæ exēplari Petro Fuxensi, Cardinali Romani pontificis Legato à latere (cuius supra mentionem fecimus) qui ab eius latere nunq; discederet, cum optimo uirorum comitatu alendus mittitur. Cuius curam ille suscipit, atq; breui effecit, ut & pudicis castißimisq; moribus, & omni uirtutum & doctrinarum genere clareret. Tum uero mortuo Petro cæpit eum libido Italica gymnasia inuisere. Quamobrem delectis aliquot præstātißimis honestißimisq; uiris, atq; imprimis Go

thofredo basiliaco Riuensi episcopo, Petro suprauillano, Ioanne Aulensi, qui postea Coseranensis Episcopus fuit, alijsq; innumeris papiam concesßit. ubi à Francisco sforcia Mediolani duce (uel potius occupatore) Alijsq; ciuibus honorificentißime exceptus est. qui triennio adeò dedit operam studio, ut non parum & Cæsareo & pontificio in iure profecerit. Cuius fama ac nomen tantum per orbem increbuit, ut quæq; Italiæ gymnasia ac gẽtes & literis & nuncijs eum ad se allicerent, ut Patauini, Senenses, Bononienses, Ferrarienseq; quos ex omnibus delegit. Eò maximè quod audisset Phelinum sandeum omnium suæ ætatis iurisperitißimum doctißimũq;, iura illic publicæ profiteri. Itaq; eò profectus, à ciuibus, magistratibus, gymnasiarchis, duceq; ipso cum maxĩo honore & lætitia in urbem recipitur. Mittũturq; ei à duce Borsa, Pollinis, Auenæ, uini & cretensis & maluatici sextaria multa. Tum etiam Placentinorũ Caseorum, Gallinarum, Pullorum, Fasianorum, Anatum, Anserũ, perdicum quibus affatim illa regio abũdat, cuniculorum, uitulorũq; uis ingens. Tantaq; fuit eius ingressus hilaritudo, ut omnibus oppidi partibus ac uicis publicæ cõclamarent, uiuat clarissima nobilißimaq; Fuxensis domus. Postero die per præconem ducis iussu edicitur, ut Petro Fuxensi atq; alijs qui ei famularentur, nusq̃, quatenus ferrariensis ditio pateret, quocũq; ire uellẽt, ĩpedimentũ fieret. neue ab eis uectigalis aut alterius oneris nomine quicq̃ exigeret. quin immunes ab omni tributo essent, pena capitis quicquam extorquentibus indicta. Præterea ꝑmisit idem dux, ut Ferrariensi, Hastensi, Modenensi, Carpensi, alijsq; oris sibi subditis piscari & uenari sine ullo incõmodo libereq; possent. omnibusq; perinde rebus uti atq; ipsemet. Tandẽ cũ Petrus Fuxensis illic biennium studuisset, Et utroq; in iure multum profecisset, constituit ex Italia doctoris nomen repor-

Gothofredus basiliacus episcopus Riuensis.

Dux Ferrariensis, Petrũ fuxẽsem honorifice recepit.

tare. quãobrem primum uoluit, ut qui ex suo famulatu hoc titulo digni essent, publicum subirent examen, ne istud gratia ulla fieri uideretur. Ipseq; sub Phelino sandeo postea doctoratus insigna accepit. ac subinde cum in diuinis literis multũ promouisset, oĩum consensu in theologorum numerum refertur. Quibus rebus confectis Pauli Romani pontificis cætusq; Cardinalium inuisendi gratia Romam proficiscitur. Cui in itinere obuiam exeunt, Bononiẽses, Florentini, Senenses, Romaniq;, Posteroq; die aduentus ad palatinum consistorium iussu pontificis (præter solitum morem) admittitur: ubi coram eo coramq; supræmi ordinis antistitum consessu, orationem elegantißimam doctißimamq; habuit: ut nemo omnium non miraretur eius facundiam, sermonis proprietatem, pronunciationem, ac decentißimum corporis gestum. Quódq; in ea ætate in qua esset (uixdum enim alterum & uigesimum annũ attigerat) tantam præ se ferret eloquenttam: ac dicendi constantiam. Tumq; à Paulo pontifice: de consensu & consilio Cardinalium, summi ordinis antistes designatur. Cæterum quibusdam de causis id tunc euulgatum non est. Post aliquot autem dies à summo pontifice pulcherrimis muneribus & multis diplomatibus donatus Ferrariam rediјt: ubi confestim triste nuntium, mortis scilicet Gastonis fratris Viennæ principis, accepit. Quod ab eo initiò grauissimè latum est, uerum postea hominis conditionem contemplatus. Ac subinde à borsa duce leniter admonitus id æquo animo patienterq; tulit. Deinde interiectis aliquot diebus, posteaq̃ Dux borsa Gastonis defuncti exequias in Fuxensis domus, presertimque Petri Cardinalis, honorem celebrasset, atque idem Petrus ob tot & tanta accepta beneficia Duci Ciuibusq; ingẽtes gratias egisset, in Galliam reuertitur: atq; apud Monmarsanũ appulit. ubi Carolus Aquitaniæ dux & Gasto Fuxi comes erant. à quibus

Petrus fuxensis sub Phelino sandeo doctor.

Petrus fuxensis à Paulo Romano pontifice cardinalis designatur.

bus q̃to honore q̃taq́ꝫ lætitia illic receptus fuerit, haud quidem facile est animo complecti. Post paulum temporis Petrus Ludouicum Galliæ regem inuisit: ac deinde Franciscum Britonum ducem à quibus fuit summo cum honore & lætitia exceptus. quorum etiã fauore & opera in Venetensem episcopatum atq́ꝫ Adurensem cum multis Abbatijs alijsq́ꝫ sacerdotijs euectus est. Interea paulo pontifice mortuo in eius locum sixtus sufficitur: qui continuo ut assumptus est, rem quã ille inchoarat perfecit. Misitq́ꝫ legatos, qui Petro Fuxensi rubrum Galerum Cardineæ dignitatis precipuũ insigne, offerrent. Cardinaleq́ꝫ eum esse, sub diuorum Cosmæ & Damiani titulo, renunciarent. Quorum aduẽtu Lascurris insigni Bearni oppido multi antistites, sacerdotes, nobilioresq́ꝫ honoris gratia cõuenerũt. Solẽniq́ꝫ ritu ac cæremonijs in æde celebratis, ubi magdalena eiusq́ꝫ duo filij Frãciscus phœbus et Catharina aderant, cum multis maximisq́ꝫ priuilegijs oblatum galerum Petrus reuerenter recepit. Interiectis dein aliquot diebus, Petrus Cardinalis rursum in Galliam ad regem proficiscitur, atq́ꝫ inde ad Frãciscum britonum ducem: tumq́ꝫ ipse maximam dedit operam, ut simultates ac dissidia, quæ maxima inter prædictum Franciscũ ducem & Galliæ regem enata erant, quiescerent. Inter hæc, maiora odia ac contentiones inter Ferdinandum neapolitanum regẽ atq́ꝫ eius oræ nobiliores exoriuntur: quæ summus pontifex Innocentius octauus, qui Sixto successerat, tollere maximopere curabat. At cum incassum ageretur, odiumq́ꝫ indies magis arderet: Innocentius de antistitum consilio Fuxensem Cardinalem, qui legatus ad Ferdinãdum componendæ pacis gratia iret, accersi iubet. Qui pontifici (ut par erat) audiens, Auenionem comparandi comitatus gratia se cõfert: atq́ꝫ inde cum Carpẽtoractensi episcopo, ex clarissimi salutiarum familia orto, cũq́ꝫ Tarbiensi episcopo Aurẽsis

Cardineus Galerus à Sixto põtifi. Petro Fuxensi missus.

domus: alijsq; ad nonaginta numerũ equitibus, romã proficiscitur. Qui, anno octogesimo septimo supra millesimũ et quadringẽtesimum Ianuario mẽse ingressus, à ciuibus est honorificentissime exceptus, & ad Augustinensiũ cœnobium apud sanctam Mariã de populo deductus. ad quem noctu Romani principes, magistratus, magnatesq; officij gratia ueniebant. Posteroq; die ubi illuxit decẽseptem Cardinales cum armata põtificis custodia, ursinis, colũnensibus, sabellis, alijsq; nobilissimis Romanorum familijs, cũq; regũ, principũ, ac nationũ legatis, eundẽ adierunt, atq; ad Romanũ pontificẽ apud sanctũ Petrũ, populo illi frequẽtibus uijs honorẽ exibẽte, & ut ꝑpetuo uiueret acclamãte, deduxerũt. Cui põtifex tiara caput obuelatus, solẽniq; ritu indutus, incinctusq;, obuiam ĩ aula cõsistoriali ꝓcessit, multisq; inuicẽ sermonibus collatis, ad sedẽ Petrus ut cardinalis ab illo recipitur. Mox hinc digrediens, multis summi ordinis antistitibus comitatus, in celebre ursinorũ palatiũ ad cãpum floreũ diuertit. Tũ deinde Innocẽtius pontifex sicuti iam antea decreuerat, cõmuni cõsilio Petrum Cardinalẽ neapolim legatũ mittit, qui inter Ferdinãdũ regẽ & nobiliores atq; ecclesiã enata odia, qbus posset modis componeret. quod ipse munus libẽter obiuit, eoq; bis ꝓfectus tãdẽ obtinuit, ut oẽs ĩ gratiã redirẽt. quod quidẽ minimè unq̃ ab ullo impetrari potuit, quãq̃ id sæpius à pluribus antea tẽtatũ fuisset. Quæ sanè res illi totiq; fuxẽsi domui maxĩo honori ac laudi tribui debet, neq; solũ põtifici, galliæ regi, Ferdinãdo neapolitano, francisco britonũ duci, & nepoti Nauarræ regi Frãcisco phœbo (ut alio dicet loco) sed ĩnumeris alijs & gẽtibus & regnis pacẽ, quoad eius fieri potuit, ꝓcurauit, ad quẽ etiã eiusmodi rei causa legati nuncijq; quotidie mittebant. Tãta erat in eo prudẽtia, modestia, tẽperãtia, comitas, affabilitas, doctrina, ingenijq; acumen. Tãq; oĩbus acceptus gra

Petrus Cardinalis à Romanis honoratus.

Petrus Cardinalis optimus pacis compositor.

tusq; erat. Tādē posteaq̄ hæc oīa perfecisset, principes cōciliasset, odia sedasset, multūq; humanum genus sua prudentia & dexteritate iuuisset Romæ ursino palatio, Anno salutis humanæ nonagesimo supra millesimum & quadringentesimum cum sol uirginem ĩgressus esset, moritur. cuius funus à Romano pōtifice, toto Cardinalium cœtu, ciuibusq; romanis, magnifice honorificētissimeq; in æde Augustinensium, quo ipse primùm Romam ingressus diuerterat, celebratum est.

Petri suxensis cardinalis mors

anno do. 1490.

De Iacobo Fuxensi, quarto Gastonis comitis filio.

IAcobus Gastonis comitis & Leonoræ filius, nauarræ primū ubi natus est à parētibus ætate tenera est ingenue liberaliterq; educatus. Tū deĩde cū ei pauló robustiora mēbra essent, ut armis assuesceret, strenuissimis fortissimisq; uiris traditus: ē q eū oīa armorū genera, oēm belli ordinē, decētēq; eqtādi, ferīēdi, ĩstādi, currendiq; modū docerēt. Itaq; his ĩstructus, ꝑbreui in prestātissimū clarissimūq; uirū euasit. adeó ut in re militari nemo strenuior doctiorq; haberet. Cuius fama illectus Ludouicus galliæ rex, gastonē eius patrē literis nūcijsq; orat, ut Iacobū filiū ad se uenire sinat: quē mox à patre missum rex unū ex suæ domus nobilioribus cōstituit, ac deĩde eqstri dignitate ĩsignit, & inter sancti Michaelis eqtes, solēni ritu adhibito, & torque aureo collato ãnnumerat. Proindeq; ob spectatā ĩ eo fortitudinē, reiq; militaris peritiā, rex cētū cathafractorū eqtū (quos lāceas appellāt) nūerū attribuit. quorū opa quotiēs opus foret, illo duce ĩ bello uteret. Qui pauló post cū suis eqtibus ĩ trāsalpinā galliā (nūc lōgobardia dicit) regē Ludouicū comitatus strenuissimā nauauit operā, atq; præclara et multa edidit facinora. ut apud oēs fortissimus prudētissimusq; miles

haberetur: neq; in hostes unq̃ exeundum erat. quin is primus in illos maxio inuictißimoq; animo & toto impetu ferretur, & postremus ab expeditione rediret. Hic nequaquã uxorem (quod legerim unq̃) habuit, tamen filios ex illegitimo coitu suscepit: quos modo ad summam prouectos dignitatem, & doctrina & uirtute & multarum rerũ cognitione prestantes & à regibus principibusq; (quorum negocia administrant) summoperæ dilectos cernimus. quos etiam iam uidere uideor in altissimum cardinalatus gradũ conscendere. Itaq; Iacobus Fuxensis, cum rebus & Italia & Gallia preclare gestis sibi maximam gloriam peperisset: deq; eo adhuc mortaleis maiora sperarent, uixdum terdenos natus annos moritur. Hæc sunt igitur quæ de quatuor Gastonis & Leonoræ filijs dicenda uisa sunt, reliquum est ut & de filiabus quã breuissime dicamus.

Iacobi Fuxensis mors.

De Quinque Gastonis comitis, & Leonoræ filiabus.

GAsto, uti iam supra retulimus, ex Leonora coniuge quinq; suscepit filias. quæ honestismis integerrimisq; moribus: & singulari pulchritudine conspicuæ: ingentia sortitæ sunt matrimonia. Etenim Maria Guillelmum Marchionem Monferratensem uirum habuit, ad quem Anno Christi nati millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto à fratre Petro Fuxensi Cardinali (cuius paulò ante meminimus) cũ quingentis equitibus deducta est. Quorum præcipui erant, Bernardus bernensis Gastonis comitis frater nothus, Fuxensis oræ Senescallus, magnaq; insuper ex Fuxo & bearno nobilitas. Itaq; illi, quacũq; iter facerent, honorificentißime excipiebãtur. Occitani, prouinciales, dalphinates, Venesini Allobroges, pedemontaniq; frequentes obuiam procedebant. nul-

Maria fuxẽsis marchionis monferratẽsis uxor

liq; non honorem exhibebant. Donec alpibus superatis casale Mõferratense oppidum uentum est, ubi à Marchione ipso & ciuibus, quã maxima pompa maximaq; celebritate, recipiuntur. In primisq; Maria, quam aulici Marchionis Monferratenseſq; omnes tanto præconio laudum efferebant: ut dicerent, hæc sanè nobilis illa lucretia romana est, quã forte ab inferis reuocatam Galli ad nos deduxerũt. Quid enim ea nobilius? Quid prudentius? Quidue formosius inueniri potest? sic omnes de illa ubiq; prædicabant. Porro cum Mariæ Comites conuiuijs, comessationibus, ludis, certaminibus, hastiludijs, alijsq; id genus celebritatibus excepti fuissent, ac præterea multis preciosisq; donati muneribus, in Galliam reuertũtur. Petrus uero Fuxensis, Cardinalis studiorum gratia (uti supra diximus) papiam conceßit. Ex hoc autem matrimonio nulli masculi superant, sed tantum filiæ, quarum prima Aluysio Thomæ filio Salutiarũ Marchioni nubsit quæ minimè ad se, quãq̃ primogenita esset, Monferrati successionem traxit. Cũ ei maritoq; succedere uolentibus, Carolus subaudiæ dux plurimum obstiterit, uiq; eis posseßionem abstulerit.

Mariæ fuxensis filia salutiarum Marchioni nubsit.

SEcunda Gastonis comitis & Leonoræ filia fuit Ioanna, quæ Armeniacum comitem, eum qui nouißimus fuit, sortita est uirum. ex quo matrimonio nulli sunt sublati liberi. Quãobrem post comitis mortem ipsa Bearnum redijt, & tandem Palensi oppido mortua est, & Lascurris sepulta.

Ioãna fuxẽsis Armeniaci uxor.

Tertia uero filia Margarita nomĩe, honestißima ĩtegerrimaq; uirgo fuit. Hãc ob eximiã pulchritudinẽ, cumulatißimasq; naturæ dotes, quas in ipsa esse audierat Frãciscus britonum dux sæpius mißis legatis uxorem depoposcit. Quod tandem Lescuni fuxẽsis herois, qui ei familiaris fuerat, opera obtinuit. Quocirca ad ipsum cũ ingenti ac nobilißimo comitatu deducta, in maximo ho

Margarita fuxẽsis Britaniæ ducis coniunx.

nore & precio habita fuit. Ex quo matrimonio nata est unica filia anna, quæ post parentũ decessum rerum potita est, eiq; Britaniæ ducatus sine cõtrouersia obuenit. Quæ deinde quũ annus christianæ salutis millesimus quadringẽtesimus octogesimus nonus ageret, Carolo octauo galliæ regi, uixdũ tredecĩ nata ãnos, nubsit quo, post decem à matrimonio annos mortuo, alterum Galliæ regem, uidelicet Ludouicum duodecimum, uirum sortita est. Ex quo duas sustulit filias, Claudiam & Renatam, hanc Hercules hestensis Ferrariæ dux, illam uero Christianissimus Gallorum rex Frãciscus uxorẽ habuit. ex qua plures utriusq; sexus liberos suscepit E quorũ numero sunt Henricus dalphinus, atq; Carolus Aureliæ dux, progenies certe fœlicissima ac pene diuina. Itaq; tandem Margarita Fuxẽsis regiæ ꝓlis parẽs, auia, proauiaq;. Nannetẽsi britonũ oppido, anno salutis .M.CCCC.LXXXVI. mortua est. Atq; in æde eiusdẽ urbis primaria cum maxima pompa sepulta.

Margaritæ Fuxensis mors.

Quarta Gastonis comitis et Leonoræ filia Catharina, cãdallo comiti captaubusoq; nubsit. quæ ex eo duos filios unãq;: filiã peperit. quorũ unus Candalli dominus fuit, atq; Astaraci comitissam uxorem habuit. Alter sacris initiatus, Burdegalensem Archiepiscopatũ cũ multis alijs sacerdotijs obtinuit. Filia uero Vladislaum Bohemiæ ac Pãnoniæ regem, Veneti nõis amicissimũ, Casimiri Poloniæ regis filiũ, Beatrice priori uxore repudiata, maritũ habuit, Quæ cum ad illũ ꝑ Italiã duceret, Venetis appellẽs oris à Lauretano principe, & patribus Bucentauro naui honorificẽtissimè excepta est, Tũq; multi et exqsiti regiæ puellæ honores habiti in amicorũ regũ gratiã, nã Ludouicũ illa Galliæ regẽ arctissimo necessitudinis iure attingebat. qui tũ Mediolani erat, ad quẽ innũeri Italiæ prĩcipes, ceu ad uindicẽ maloꝝ, cõcurrebant. Itaq; eius aduẽtu celebrati sunt ludi, suburbanæ puellæ celerrimas agi-

Cãdalli filia Hũgariæ regina.

tarũt cymbas, actus est etiam in comitio Helenæ raptus, aliiq; innumeri ioci facti. Stetitq; Venetiis regia cõiunx plures dies, Turcorum metu qui armis circũuagari dicebant. Cũ uero pãnones à rege illi obuiã mitterẽtur, ut presertim cõtra turcorum uim tutior foret, fama est illos ab his insidiis exceptos, & cum magna cede fusos fugatosq;. tandem illa & uenetorũ & aliorum populorum copiis comitata, ad maritum regem in pannoniam uenit.

Quinta autẽ Gastonis comitis & Leonoræ filia, eiusdẽ nõis cũ matre fuit. quæ nequãq, ut aliæ, matrimonio locata est, eo quòd iuuenis admodũ & in tenera ætate mortua est. Clarissimum etiã habitura uirũ, si mors ĩmatura ei uitã non preripuisset. Itaq; supiora recolligẽs, uix quidẽ aĩo cõplecti possum, quãta sit huiusce domus Fuxẽsis laus, gloria, decusq;: ex qua cũ innumeri strenuissimi fortissimiq; uiri pdierĩt, tũ etiã fœminæ haud qdẽ uiris dignitate cedẽtes. Quibus fortuna ualde arridens, quatuor ingẽtiũ ditissimorũq; regnorũ regia sceptra obtulit. Siquidẽ quatuor Gastonis comitis neptes, ex eius duobus prioribus filiis totidẽq; filiabus (ut diximus) natas idẽ tẽpus & reginas uidit, et maximo cumulauit honore. Quippe (ut obiter repetã) Catharina Gastonis Viẽnæ prĩcipis & magdalenæ filia (de qua adhuc nobis dicẽdũ est) post sui fratris Frãcisci phœbi mortẽ Nauarræ regnũ obtinuit. Germana uero Ioãnis fuxẽsis Narbonæ uicecomitis, & Mariæ, Ludouici. xii. galliæ regis sororis, filia Ferdinando nubẽs, hispaniarũ regĩa effecta est. Anna aũt margaritæ fuxẽsis & Frãcisci britãniæ ducis filia, duobus cõiũcta regibus Carolo. Viii. Ludouicoq;. duodecimo. bis galliæ regĩa fuit. At quæ ex Captalbuso Candallæ comite, Catharinaq; Fuxensi nata est filia, Vladislaum sortita uirum pãnoniæ regnum tenuit. Quid igitur hac re maius? Quid præstãtius? qdue gloriosius ulli unq̃ domui accidere potuit?

Leonora innupta moritur.

Quatuor ex fuxẽsi domo uno eodẽq; tẽpore reginæ fuerũt

Catharĩa

Germana

Anna.

Candalli filia.

Sileant ergo nunc antiqua Romanorũ monumenta. Desinant nũc illi suas in cœlum efferre familias: Deq; se gloriosius prædicare, quãdoquidem illustrißima Fuxensis domus illis nunq̃ cedet, quin contra nobilissimas quasq; eorum familias siue Scipionum, Catonum, Fabiorum, Lucullorum, siue Fabriciorum, Camillorum, Cæsarum, Gracchorũue fuerint, intrepide stare audebit. Hactenus igitur de nouem Gastonis comitis & Leonoræ filijs loquuti sumus, superest nunc ut de Gastonis Viennæ principis illorum primogeniti, filijs, qui in Fuxensium comitum numero habentur, tametsi eorum pater comes non fuerit: ut pote parentibus præmortuus, & quidem breuiter dicamus.

De Francisco phœbo, decimo septimo Fuxi Comite & Nauarræ Rege.

FRanciscus phœbus Gastonis Viennæ principis & Magdalenes filius, Gastone sextodecimo Fuxi comite auo, & Leonora auia, post Gastonis filij funera, mortuis: fuxensem comitatũ & Nauarræ regnum obtinuit. Cui tamen Nauarræ principes ac magnates initio obstitere, eum à regni successione repellentes, donec Petrus fuxensis summi ordinis antistes eius patruus, Magdalenaq; mater de communi comitiorum assensu consilioq; ad Ferdinandum hispaniæ regem, qui tum Cæsaraugustæ agebat, profecti sunt. à quo magnificè honorificentißimeq; sunt excepti. Postero autem aduẽtus die Petrus Cardinalis, data primum à rege fandi potestate, in hunc modum orationem habuit. Etas te, illustrißime rex, atq; ingenui mores Francisci phœbi tui pernecessarij multum mouere debent, ut iusto eum fauore prosequaris: qui à sua gente, suisq; subditis impiè inhumaneq; habetur. Siquidem hunc illi re-

Oratio. Petri fuxẽsis cardinalis

gni

gni finibus prohibēt: periurantes se nunq̃ eum ad regnū admissu rum, quāquam (ut scis) ad eum optimo iure illud pertineat. Quæ res quo magis impiè agitur, eo maiori digna est cōmiseratione. Cui enim nō ualde iniquum uideri debet, regium nomen, sceptra q́; regia sic indignè haberi? Quo fit ut ea iniuria quum ad omnes, tum maximè ad reges pertineat: quibus in primis dolere debet, re gem suis finibus, contra ius fasque, propelli: auita que hæredita te arceri. Quod illis quidem (de subditis loquor) facile factū est, cū Frāciscus phœbus noster nepos iuuenis sit admodū (uixdū enī bissenos attigit ānos) armisq; ob hāc rē parū idoneus: Quō fit ut illis nequaq̃ possit obsistere. Cui nisi prīcipes heroesq;, tuq́; in pri mis inuictißime rex auxilio fueritis, dubio procul succumbendū est. Quāobrem tuam fidem usq; imploramus, fer iuueni opem: tuis q́; armis uel subditos compesce, uel mißis ad eos legatis effice, ut ab armis, quæ in illum iamdudum pararunt, quāprimum discedāt eiq; solitam prestent fidem, & quod rationi maxime conuenit, re gni iugum patienter ferant. Etenim hoc in tua situm est potestate neque illi quicquam tuis iussis repugnare audebunt, & quàm im posueris legem conditionemq́; facile accipient. Hoc te igitur ego, Franciscus phœbus absens, Magdalenaq; eius mater uehemēter ro gamus: obtestamurq́;. Ad hæc Ferdinandus paucis respondens, Quoniam (inquit) ut ex uobis nunc audio dilectißimi consangui nei, atq́; iam antea literis ad me datis acceperam, Franciscus phœ bus nepos noster, cui iure Nauarræ regnum debetur, quo iure qua q́; iniuria illius finibus pellitur, eiusque imperium regnicolæ, for te ob iuuenilē ætatem, detrectant. nobis in animo est, hanc iniuriā cum etiā ad nos pertineat, seuerißime uindicare. Quocirca illi uel regi suo sine mora parebunt, uel contradicentibus bellum quāpri mum inferetur. Vos interea curate diligenter, ut omnia (quod su

Ferdinandi responsum.

fuerint) ad bellum præsto sint. Etenim à me, ærarioq; meo, pecuniā, tormenta bellica, copias, cōmeatusq; affatim accipietis. His dictis cōfestim iubet delectos proceres in Nauarram proficisci, qui regnicolis persuadeant, ut Franciscum phœbum regem admittant aut alioqui iustum eis indicent bellum. Itaq; legati magnis itineribus pompeiopolim, regiam urbē, aduentāt. Qui legatione regni proceribus diligenter exposita, à Gramōtensi, Luxēsi, Peraltēsi, Belmōtensiq; regni primoribus, qui literas eiusdem argumenti à Ludouico Galliæ rege antea acceperant, cōmuni cæterorum oīm consensu concilioq; responsum ferunt. Regnicolas neq; ullo pacto detrectare regis imperium, neq; Franciscum phœbum (cuius matrem nuper reginam haberent) suis pellere finibus. At maximoperæ uereri, ne forte cum is iuuenis admodum sit, regni habenas alij tradat, & Tyrannis excerceatur. Neue subditi iniustis premantur exactionibus, aut aliquid eis de solita libertate decedat. Quāobrem si id minimè fiat, regem facile passuros. Paratosq; eum in regiam (si quando uenire lubeat) honorificentissimè excipere, atq; omnibus iuuare modis. Quod autem antea aliqui Franciscum phœbum regni finibus prohibuissent: id nequaquàm communi concilio actum, sed quorumdam iniquo ac peruerso animo: qui regiæ fortunæ inuiderent, quiq; uellent regium usurpare nomen, & in suū usum oīa cōuertere. Freti Francisci phœbi iuuenilibus annis. Atq; illi hæc omnia Ferdinando regi cui esset in animo (ut legati dixerant) regium tutari decus, atq; fortunas unicuiq; restitui curare, communi omnium Nauarrorum nomine renunciari iubent, subindeq; Francisco phœbo dici: ut Nauarram quāprimum aduentet, regium dyadema sceptraq; aurea nemine inuito aut reluctante suscepturus. His utrinq; compositis, legati mul-

Nauarrorum responsum.

tis donati muneribus in patriam reuertuntur, regiq; Ferdinando ac simul Magdalenæ & Petro Fuxensi summo ordinis antistiti, qui legatorum reditum operiebantur, quid egissent exponunt. eorumque pronum in regem animum comminiscuntur, summoque illius desyderio teneri. Quamobrem his auditis Ferdinandi regis atque omnium sententia fuit, haud diutius cunctandum, postquàm Nauarrorum animi in Franciscum Regem inclinati essent, ne forte minimo momento (ut sæpius fieri solet) mutati, in contrariam sententiam irent. Itaque rebus omnibus diligentissime comparatis: atque nobilioribus ex Fuxensi, Bernensi, alijsque oris ad se euocatis, Franciscus Plœbus in Nauarram cum quingentis supra mille equitibus, qua potest celeritate contendit. Neq; hunc equitum numerum quisquàm miretur, siquidem ex Bearno solum septingenti eoq; amplius nobiles domino fidem prestare solent. Vt igitur primum Franciscus eorum fines attigit, ingens principum procerumq; eius oræ numerus, simulque effusa uulgi multitudo, obuiam illi processit. Incredibili maximaq; eum excipientes lætitia: ac in quamcumq; urbem ingrediebatur, ciues cõfestim aderant, illi omnia obsequij iure exhibentes: preciosaque offerentes munera. Tandemq; Pompeiopolim precipuam regni urbẽ deducũt, ubi triduo postq̃ aduenisset solennibus ceremonijs sacroque prius facto, cum maximo omnium plausu & lætitia in æde eius urbis primaria, quàm cathedralem appellant, regio dyademate insignitur. Anno suæ ætatis decimoquarto, nostræq; salutis lxxxi. supra quatuordecies centesimũ, ubi ĩnũeri principes tã hispaniæ q̃ galliæ aderant, aderat etiã Iaspar Villemurus Fuxẽsis oræ senescallus, Itẽq; bearni bigorræ, mirsani, ac nebosani senescalli. multis earũ regionũ nobilioribus et magnatibus comitati

Francisci phœbi coronatio

Insuper heroes magnatesq; nauarri, holosericis atq; obrizo auro cõtextis uestibus conspicui, inter quos Larinensis comes, Luxetanus, agri mõtanus, paltanus, ac bellimõtanus erãt. Ex ecclesiasticis, Petrus fuxẽsis Cardinalis regis patruus, innumeriq; alij antistites. Ac preterea ex Hispania Galliaq; legati salutandi honorandiq; noui regis gratia illuc mißi, tũ Magdalena regis mater ornatissimis lectißimisq; comitata matronis, sublimi subsellio ꝓpe regem sedebat. Itaq; solẽni facto, actisq; à nouo rege gratijs: mensæ sternũtur, quibus omnes uiri fœmineq; sine delectu amplissimo conuiuio regia domo recipiuntur. Postq; ioci, ludi, choreæq; maioris hilaritatis gratia, aguntur. Atq; à nobilioribus hastiludia, uelitaresq; pugnæ celebrantur. Deinde paucis interiectis diebus, Frãciscus phœbus rex Magdalena matre, patruoq; Petro cardinali, atq; alijs innumeris heroibus comitatus, oppida, urbes, castella, atq; omnem regni tractum inspectum profectus est, ut scilicet ipse presens cerneret, quo modo se haberent subditi, qualiue essent erga ipsũ aĩo. Atq; ut ab eis fidei iuramentum exigeret. At uero postq̃ loca ferè omnia inuisit, constituit magistratus qui illis præessent, Disposuitq; rem omnem regni ut necesse erat, Bearnũ se confert, ubi paucos post dies, haud sine porrecti ueneni suspitione, interijt, quippe cum pulsandæ fistulæ (qua mirum immodũ oblectabat) operam daret, morbũ cõtraxit, quo paulò post, interea cum medici antidota pharmacaq; pararent, moritur. Hoc post multa alia effatus, regnum meum non est de hoc mũdo, ideo relinquo mundum & non conturbemini, quia uado ad patrem, optimi sanè fidelisq; christiani argumẽtum. Exinde in æde primaria Lascurrensi, cum summo honore maximaq; põpa tumulo mandatur. Hũc igitur uitæ finem habuit rex Franciscus phœbus, optimæ indolis adolescens, atq; omniũ suæ ætatis pulcherrimus, eodem quo cæpit

Mors frãcisci phœbi.

regnare anno, qui primus ex Fuxensi domo sceptra regia tenuit, cum antea alij reges alijs orti essent familijs.

De Gastone Fuxensi Nemorsi duce, Ioannis Narbonæ Vicecomitis filio.

IOannes Fuxēsis Narbonæ uicecomes, ex Maria cōiuge (ut supra docuimus) duos suscepit liberos: Gastonē scilicet, & Germanam. Gasto Maserijs natus est, anno ab ortu Christi millesimo quadringentesimo octogesimo nono. tribusq; annis post, Maria eius mater ibidē mortua est: atq; in æde eius oppidi primaria (quā parochialem appellant) cum maxima funeris pompa sepulta. Itaq; Gasto & Germana, iuuenilibus annis in arce eiusdem oppidi ingenuè honestissimèq; nutriti fuere: quos oppidani omnes maximo affectu amoreq; prosequebantur, nihilq; eis, quod ipsi haberent, non liberalissime, libentissimeq; subministrabant. Quum uero annus tertius ac nonagesimus supra quatuordecies centesimum ageretur. Predicta arx ubi illi morabātur, quæ sanè pulcherrima magnificentissimaque erat, ut adhuc ruina demonstrat, inconsideratæ mulieris ignauia, quum forte noctu per illam lumē inconsultè circūferret, igne accenditur. Qui mox in proxima serpens debacchatusque, iam bifores ualuas: atq; ipsos scalarum gradus, ui sua apprehenderat: adeò ut Gastoni Germanæq; fratribus (qui intus erant) ingens immineret uitæ periculū: et ni subito perfracto muro uiquadā extracti fuissent, de ipsis ꝓculdubio actū erat. Pauco dein tempore Ludouicus duodecimus Gallorum rex, audita Mariæ suæ sororis morte: Gastonem Germanamq; nepotes ad se uenire iubet, Quibus honestissimum decentissimumq; comitatum, pro eorum fortunis atq; ætate, attribuit. Dein post paulum Germanā

Mariæ gastonis matris mors.

Arcis Maseriensis icendium

Germana Ferdinando hispaniæ regi nubsit.

Ferdinando hispaniarum regi, defuncta eius priori uxore Ysabella, cōnubio iunxit. Quo nomine super Ruscinone, & partheno peo regno, quæ inter eos ualde controuertebantur, certæ adiectæ sunt cōditiones, initaque fœdera. Tum deinde etiam regi placuit, ut Gasto Fuxēsis Narbonæ uicecomitatū, cum Nemorsi Ducatu permutaret, forte suspectam habens Hispanorum uicinitatem. quare ex uicecomite Dux est cum maiori honore effectus. Porro quū annus nostræ salutis sextus supra sesquimillesimū ageretur, Iulius pontifex maximus, ad Ludouicum Galliæ regem legatos misit: aduersus Ioannem bentiuolum Bononiæ occupatorem auxilium petitum. Cui rex annuens confestim excercitum duce Caluimontis domino, quo cum Gasto fuxensis erat, in Italiam mittit. Vbi autem Bononiam uentum est, illam obsidione cingunt. At paucis ab obsidione diebus caluimontanus interijt. Quo mortuo Ludouicus rex Gastoni Fuxensi summam, literis ad eum mißis, totius belli committit. proregiaq́; sublimat dignitate. Qua re excelsior factus Gasto, animo constituit, bonam regi auunculo, Romanoq́; pontifici nauare operam. Igitur Bononienses maximis aggreditur uiribus, urbisq; mœnia tormētis bellicis frequēter quatit adeò ut illi sese dedere haud multò post coacti fuerint. Quod resciens Iulius pōtifex, legatos ei cū ingētibus preciosisq; muneribus cōfestim gratulatum misit. Tertio uero anno post, idē rex in Venetos (uti à se, Romano pontifice, Ferdinando hispaniæ rege atq́; alijs cameraci cōi concilio cōstitutū fuerat) in uenetos pluriū oppidorū, uillarūq;, ad eosdē pertinētium, occupatores excercitū mouet. Cæterū ueneti audito regis aduētu, apud agnidellum haud segniter aciem instruunt, Ibiq; Gallos intrepide expectant. At hi ubi illos conspexere, quodam ueluti impetu, concurrunt. manusq́; fortiter cum eis conserunt. Tandem cum utrinque diu multumq́;

Gasto fuxēsis dux Nemorsi.

Ioannes bētiuolus.

Bononia à Gastone capitur.

Veneti à Ludouico fusi superatiq;

pugnatum esset, Gallis uictoria cessit. Eo prælio Bartholomeus Albianus Veneti dux excercitus, alijq́; fortißimi heroes capti sunt. atq́; in Galliam deducti. Qua parta uictoria, rex Brixiam, Bergomum, Cremonam, aliaque Mediolanensis ditionis oppida, uendicauit. Mox etiam Rauennam, Imolam, Fauentiam, Forliuium, multaq́; alia Iulio Romano pontifici, Ferdinando hispaniarum regi, Brundusium, Tarentumq́;, Maximiliano uero Patauium, Taruisiam, atq́; alia innumera oppida, uillasq́; restitui curauit. Quæ omnia Veneti antea ui iniusteq́; poßidebant. Cæterum Iulius pontifex, Maximilianus, Ferdinandusq́; accepti beneficij: præstitæq́; cameraci fidei immemores: anno uno post, in regem Ludouicum conspirarunt. se eius hostes palā profitentes. atq́; ĩprimis Iulius pōtifex, cui tanta (ut diximus) beneficia rex paulò antea contulerat: qui à fide desciscens, quā ipsum obseruare supra alios oportuit, cum Venetis se coniunxit. & mutinam, mirandulamq́;, atque alia oppida possesßionesq́; Mediolanensis Ducatus regi ademit. quas idē rex haud multò post recuperauit. Quod resciens Rex, anno salutis undecimo supra sexquimillesimum. excercitum comparat, atquæ illum Gastone Fuxensi duce in Italiam mittit. Quò ubi is aduenit, ut pontificis Iulij ingratitudinem ulcisceretur, è Bononia milites qui pro eo præsidio inerant exire iubet, atque eam Gallis, quàm pro Rege tenerent, attribuit. Pauco dein tempore Gasto cum Mediolani ageret, ab Heluetijs, qui à Iulio pontifice eò missi fuerant, impetitur. Quos idem strenuè fortiterque pugnans compendio temporis fudit fugauitq́;. Et hercle ad unum omnes occidisset, ni eum Ianiacobus triuultius, Itali nominis à proposito illos longius insequendi, optimo consilio, auertisset. Tamen eorum Ducem cocium cæpit, atque illos tota Italia decedere coegit.

Gasto Fuxēsis gallici excercitus dux

Gasto heluetios deuicit.

Eodem tempore Brixienses, Bergomensesq; à Gallis ad Venetos defecerunt, qui Brixiam noctu ingrediuntur, clam urbis portis à proditoribus reseratis. Cuius rei causa aubegnius dominus, qui urbi pro rege Gallo cum centum cathafractis equitibus inerat, relicta urbe in arcem, cui Erigonius uasco præerat se propere recepit. Qui re permotus Gasto illuc cum copijs proficiscitur, atq; Brixiam, opulentißimam Italiæ urbem, obsidet. At uero ãteaq̃ in ciues quicq̃ crudelius moliret: sæpius tẽtauit. Nũ eos uerbis blãdis ad fidẽ reducere, & ut regi Gallo sese sine sanguĩe dederent, allicere posset. Quod ubi incassum fieri uisum est, illique tum, ueluti de composito pertinacius resisterent recusarentq; Gasto arietibus alijsq; machinis bellicis mœnibus quassatis, in urbẽ ingreditur. Cumq; oppidani atq; Veneti milites, qui ibi multi inerãt, acriter etiam tunc rusisterent, à Gastone duce, habito tamen sexus & ætatis delectu, oẽs interimi iubentur: quorum numerus uiginti hominum milia, ut à quodam accepi qui eo tum aderat bello, excedebat, adeò ut copiosißimi sanguĩs riuuli (horret animus dicere) tota urbe perfluerent. Occisorum item corpora triduo amplius in plateis, uicisq; oppidi Gastonis iussu iacuere. Compensantis utiq; dedecus, quod à Venetis urbis ĩgressu, sub Aubignio duce paulò ante milites Galli similiter acceperant. Itaq; urbe capta, Galli cum Venetorum oppidanorũq; corporibus, tum etiã diuitijs fortunisque, quas multas poßidebant, minime pepercerunt. Quicquid enim auri, argẽti facti infectiue, equorum, armorum, uestimentorum, aut alterius cuiusuis supellectilis, inueniri usquã poterat, secum auferebant. ni quandoq; muliercularum, puerorũq; lamentis: atq; eiulatibus cõmoti, cõmiserantesq;, eis aliquid relinquerent. Ex quo Gallis diuitiæ multæ accessere. Tumq; Ludouicus Brixianus, qui Venetos clam noctuq; in urbem admiserat, distra-

Brixia à Gastone capitur.

ctis

tus dandiensis Carcassone Senescallus, montē altum, mansumq; sancti Anthonini in Catharinæ ditionem reduxit. Ioannes autem Lautrecus sanctum epartium, montacutūq; recuperauit. & Heremense Castellum, quod sanè fortißimum erat, solo equari iußit. Anno dein octogesimo sexto, supra quatuordecies centesimū, die mensis iulij decimaquarta: Lauellanetus dominus ex clarißima leuiensi familia ortus, à Ioanne Narbonæ uicecomite missus: Appamiam cum maxima militum multitudine uenit. Quò tandem patefactis à proditoribus portis, subrutoq; urbis muro, clam noctuq; ingreditur. & subito occupata urbis parte: quæ ob castellum eminētioremq; locum fortior erat, ciues despectui habet: qui, quāquàm fortiter resisterent atq; multam ederent stragem, tamen hostiū numero uincebantur. quippe pestis, quæ antea multos annos in ciues debacchata fuerat, eorum numerum plus dimidio minuerat. Tum optimi fidelißimiq; ciues, sunt grauibus iniurijs ac molestia affecti, uerberati, capti, per uicos ignominiose, ligatis post tergum manibus, ducti: & direptis eorum bonis ad extremam paupertatem deducti. Imprimisq; Bertrandus à rabonito noster auus maternus, qui cum Ioanni fuxensi Narbonæ uicecomiti parere recusaret, nolletq; à fidelitatis iuramento, quod Catharinæ iam antea prestiterat, precibus etiam rogatus, desciscere, ĩ carcerem à militibus iussu Ioannis coniectus est. & miris modis oppressus. Cui etiam bona, quæ multa habebat, per uim adempta sunt. Itaq; tanta fuit eius constantia, atq; in dominum amor: ut nulla re unq̃ adduci potuerit, ut ab eo deficeret. Quæ sanè res eius posteritati maximo est ornamento decorique, adeò ut suis liberis opulentiorem hæreditatē haud quaq̃ potuisset relinquere, quā hāc maxĩam seruatæ fidei laudem. Cuius etiam illi perpetuo seruatores fuerunt, atq; in primis clarißimus uir Vincentius à Rabonito: Fuxensis oræ maxi-

Lauellanetus.

mus (quem appellationum uocant) iudex. qui paternam uirtutem se quutus: Catharinæ primum, deinde Henrico illustrißimis Nauarræ regibus, fideliter inseruiuit. At uero proditorum filij (quos nunc recensere non uacat) quid non ignominiæ ex paterno facto retulerunt? Deinde eodem anno cum Magdalena Catharinaq; Appamiam captam resciuissent Petrum bufferium strenuißimum militem cum copijs, quarum maxima pars Albretenses Fuxensesque erāt, illuc mittunt. Qui sine mora maximis itineribus die noctuq; confectis, ad urbem appulit. ac cōfestim dat operam (noctu enim uenerat) ut milites hortulis urbi proximis inclusi, sub silentio essent. Interea Faber Ferrarius ciuis, confecta ad hanc rem claue, urbis portam, quæ Coserani dicebatur, clā adaperit: atq; intra urbem, multis alijs ciuibus consentiētibus, milites admittit: qui postq̄ ingreßi fuissent, sublato clamore hostes nihil tale cogitātes: somnoq; sepultos ferociter inuadunt: ac trucidant. Lauellanetus autē Leuiensis illorum strepitu clamoreq; excitus, sese ad arma, ut urbem commissam tueretur, parabat: cum subito hostes eius domum ingreßi telis instant urgentq;, & eum tandem sese strenue defendentē interimunt. Eodem tempore Catharina Fuxensis formosißimo illustrißimoq; prīcipi Ioāni Albreto albretēsis domini filio, de cōsensu Magdalenæ matris nubsit. quæ ex eo multos peperit liberos, Henricū, scilicet, Franciscū, Annam, Quitheriam, Catharinam, Ysabellamq;. De quibus postea suo ordine dicemus. Porro cum bella odiaq; Ioannes Narbonæ uicecomes & Catharina, satis superque inuicem excercuissent, tandem anno sexto ac nonagesimo supra quatuordecies centesimum, pax in hunc modum composita est: ut Ioannes Sauardunum, Maserias, Montemaltum, Gibellūq; sibi haberet. Reliqua uero Catharinæ dominio cederēt. Pauco dein tempore Ioannes Catharinaque coniuges, euocatis ad se no-

Lauellaneti mors.

bilioribus cum maxima equitum multitudine Nauarram proficiscuntur. ubi cum maxima pompa: solennibusq; ceremonijs auream Coronam (regium insigne) suscipiunt. ubi Larinensis comes, Luxensis, Gramontensis, peraltensis, alijq; magnates heroesq; regni aderant. Insuper etiam Legati ex Hispania Galliaq;, regum salutandorum gratia, missi, subditi deinde omnes, maximo cum honore & lætitia reges excipiunt: atq; eis solitum fidelitatis iuramentum præstant. Cæterum post aliquot annos cum Iulius pontifex maximus Ludouico Gallorum regi aduersaretur: maxiaq; ob hãc rem excercerentur bella: uterque ad se suasq; partes literis nuncijsq; principes trahere conabatur, At cum Ioannes Nauarræ rex Legatis missis à pontifice, identidemque à Rege maximis precibus ad id alliceretur, tamen in fide Ludouici regis permanere maluit: eiusq; partes sequi, Eoq; maxime quod ei iã ob innumeras possessiones, quas in Gallia obtinebat, obnoxius esset. Iratus itaque Iulius pontifex, Ioannem regem regno abdicari debere, atque in prædam illud primo occupanti dari, iniuste decernit. quod leui satis consilio tum actum est. Cuius improbũ decretum sequutus Ferdinandus Hispaniæ rex, illud ob loci opportunitatem, quippe Hispaniæ conterminum est, facile occupat: ac sui demum iuris facit. Quod resciens Ioannes, rex accersito in auxilium Galliæ rege, copias comparat: atq; cum Dunensi comite & Palisso domino in Nauarram proficiscitur. uerum Dunensis quibusdã de causis substitit, Rex autem ultra progressus, pompeiopolim cum Palisso aduentat: atq; ibi castra metatur. Cæterum Ferdinandus Nagero atq; Albanensi ducibus, Conestabili item Hispaniæ, alijsq; principibus comitatus, cũ equitibus peditibusq; innumeris in Gallos mouet. Qui, cum quadruplo maiorem haberet excercitum, effecit, ut Galli à proposito auerterentur. non sine tamen maximo suorum

Coronatio Ioannis, Cathrinæq; regum Nauarræ

Primũ nauarræ bellum.

militum incommodo: quippe commißis aliquot leuibus prælijs multi ex illis desiderati sunt parumq; abfuit, quin ipse idem Ferdinandus rex caperetur. Deinde etiam post aliquot annos, sequutum est alterum bellum, quod duce Andrea Fuxensi Sparroßij domino ad pompeiopolim Gestum est. Cui quidem fœlicißimè optimèque succeßisset: ni excercitus partem, quàm nimis multam se habere putabat, in Galliam remisisset. Nãq; Hispani huius rei gnari, ductu auspicijsq; Larinensis comitis, eodem uenerunt: & Gallorum excercitum, qui sextuplo minor erat fuderunt. Ipsumq; ducem Sparrōßium inter densißimas turmas strenuè pugnãtem maximo mulctarunt malo. Eoque prælio ex Hispanis innumeri interiere, Ex Gallis uero, cum alij multi, tum etiam Arinbacus, Durfortensisq;, fortißimi animosißimiq; Fuxẽsis oræ nobiliores. Deinde uero cum annus salutis humanæ sextus decimus supra sesquimillesimum ageretur, Ioannes rex apud moneniũ amplißimum Bearni pagũ, moritur. Quem haud multò post Catharina eius nobilißima coniunx, posteaq̃ multos annos & regnum & comitatum cæteraq; dominia administrasset: ac per sancte & honestißime uixisset: non sine maximo sui desiderio sequuta est.

Secũdum Nauarræ bellum.

Ioannis et catharinæ Nauarræ regũ mors

De Henrico Nauarræ Rege decimo octauo Fuxi comite & Margarita eius uxore.

HEnricus deinde regnat, Ioannis Albreti & Catharinæ Fuxensis filius, optimis à puero imbutus moribus optimisq; traditus præceptoribus, qui diligentißimè eius uitam atque ingeniũ excolerent, Eratq; imprimis Durasius, cum rei militaris, tum etiam multarum aliarum rerum scientia insignis. cui post parentum obitum ab Albreto auo Henrici cura committitur. à quo

certe uitia nulla, cum multa posset, contraxit: uirtutes autẽ adeò imbibit: reiq; militaris peritiam: ut nemo illo pro ætate, fortior prudentiorque haberetur. sicque honestißimis rebus deditus, totam exegit cum summo decore pueritiam. neq; sanè scortis, comessationibus, ludis, ni his interdum laxandi animi gratia, intendebat. sed postquàm rebus grauibus: ac publicis negocijs, quæ multa principes obire oportet, feriatus esset, hasta, telo, gladio, cursu, lucta, alijsq; (id genus) excercitationibus, reliquum diei consumebat, Proinde iam pubes effectus, maiora illis agebat. Nam & cataphracto equiti concurrebat: & leuiores interdum pugnas: Interdũq; grauiores cum sibi æqualibus excercebat. Itemq; equo insidens adeò illum, nunc dierecte, nunc in obliquum, modo in gyrum, modo in arctum peritè agitabat: ut omnium suæ ætatis equitandi peritißimus haberetur. Itaq; his initijs sic adoleuit, ut nihil non, quamtumcunque arduum difficileque esset, assequi planè posse uideretur. Tanta autem fuit in eo prudentia sagacitasque, ut per sese nuncijs legatisque, qui ad eum multi omni ex parte mittebantur, responsa redderet, quæ quàm grauia, diserta, regiaq; digna maiestate fuerint. Ex his ipsis Legatis, qui audientes interdùm mirabantur, facile sciri potest. Itaque his rebus auctus Henricus, ad Christianißimum Galliæ regem Franciscum multis nobilioribus comitatus proficiscitur, à quo fuit perbenigne honorificentißimeque exceptus. Deinde autem cum annus nostræ salutis Vigesimus quartus supra sesquimillesimum ageretur, idem rex Franciscus, audita Maßiliæ obsidione, quàm Carolus Borbonius dux, qui anno superiori quibusdam de causis à Gallis ad Carolum Cæsarem defecerat, capere pertentabat, eò cum duobus & uiginti peditũ millibus, quos ex Heluetijs, Germanis, Italis, Gallisq; collegerat, duobus cataphractorũ equitum millibus, to-

Carolus Borbonius.

tidemq; sagittarijs equitibus propere contendit. quē Henricus Nauarræ rex, ut ei maximis in rebus non deesset, alijq; principes ac magnates sequuti sunt. At uero Franciscus rex hostium fugam in Italiam audiens, ex Maßilia per cottias alpes (nunc montem genebre uocant) & salutianum agrum Mediolanum proficiscitur, ubi multa ac preclara geßit, oppida, castella, uicos, uillasq; capit, hostium agros multis uarijsq; excursionibus uastauit. Tandē obsessa Papia & castris pæaltis foßis & uallo tribus ex partibus, quartam enim satis parcus Papiensis tutabatur, egregie communitis: Carolus Borbonius Alphonso daualo uasti amonis marchione, Carolo lanoio prorege Neapolitano, & Anthonio læua fortißimis ducibus comitatus, cum maxima equitum peditumq; multitudine Gallos noctu & de improuiso inuadit. Perfractoque Castrorum sexaginta passum muro parcum ingreditur. Quod ubi intellexit animosißimus bellicosißimusque Rex, moræ impatiens, Quid enim aliud agere debuisset? correptis subito armis suis auxilio esse, cum Henrico rege Nauarræ: & alijs strenuißimis uiris usq; ad centum numerum properat. At uero cum uidet Heluetios, qui antea Hispanos sclopetarios retrocedere coegerāt, à Germanis qui cuneatim incedebant, superari: in medium eorum irrumpit, ac fortiter acerrimeq; pugnans, multam hostium stragem ædit. Cuius inhærens lateri strenuißimus Nauarræ rex Henricus, haud segnius agit. Quin optimam regi nauat operam, sicuti alij Fuxensis domus heroes sui maiores semper antea fecerant, & quum cernit Franciscum regem multis militibus opprimi, animosius ī stat urgetq;: ipsum, qua potest ui, periculo eximēs: & ab eo densißimas hostiū turmas armis strenuè propellens. Tantisq; uiribus & animo pugnans, ut dextrum eius brachium, omnino, interemptorum hostium sanguine cruentatum fœdatumque

Bellum ad Papiā gestum.

cerneretur. neq; tum uita ei chara erat, circũspicienti Gallorũ exercitum laborare, Franciscũq; regem maximo esse in periculo: Itaq; hi duo tandiu pugnarunt, quãdiu uel arma uel equi subsisterent. Cæterum consternatis telorum impetu equis, cum in pedes desiliissent: iterum (tametsi feßi) bellum redintegrant, & gladiis (quos prioribus amißis ruptisue pugnandi neceßitas utcũq; obtulerat) fortiter cum hoste dimicant, adeóq; ut ob hanc rem, potiusq̃ ob armorum pulchritudinem (ut capella inquit) corporisq; proceritatem: omnibus in admirationem uenirent: duóq; belli fulmina reputarentur. Tandem feßi longo certamine reges, quis enim hosti triplo maiores copias habenti diutius restitisset? uincuntur, & in Lanoii potestatẽ ueniũt. Interiere itáq; eo bello: uel ticino submersi fuere: hominũ multa milia, ĩter quos è galliæ primoribus erãt, Ludouicus Trimollius Burgundiæ præfectus, Galeatius sanseuerinus maximus regis scutifer, Guillelmus Gonfierius ammiraldus, Thomas lescunus Fuxensis strenuißimus utiq; uir, & Iacobus cabãneus magistri equitum (quos Galli marescallos appellãt) Petrus Rohanus, Frontenaius, Bußius, Federicus dasmontus. Frãciscus lotharingus, comes tonitruẽsis, dux Suffortensis, Deyballus, Federicus catargus, Andonensis dominus, Senescallus castrẽsis Armeniacusque, Versacus, Lamotensis, Besianus Rupefortensis (cognomẽto uiuerius) Hẽrici Nauarræ regis scutifer: qui optimã eo bello nauauit operã, Sãxerrusq;. Capti aũt præter reges, comes sancti pauli. Franciscus salutianus, Ludouicus luberus, Princeps Thalamonius, Monmarẽsinus, magnus franciæ æconomus, Barbesinus, Lauroyus, Bidamus Carnotensis, Bonauallus, præfectus Lemouicensis, Mõpesatus, Galeatius Mediolani uicecomes, Pomaretus, præfectus Parisiensis: Riuensis dominus, Brioneus, Daretus, Lorgensis, Montensis, Sanlisius, Corebus, Cletanus,

Frãciscus Hẽricusq; reges fortiter pugnantes.

Galli ad Papiã occisi.

Galli Ticinẽsi bello capti.

Clarmontensis, Bontierus, Florangus, Menangus, Mōchemius, Rupemenensis, Sāgeraldus, Monteianus, Villandrinus, Quæstor babotus, Concius, Ludouicus niuernēsis, Carrerius alij´q; innumeri heroes magnatesq; Galliæ. Itáq; (ut ad reges redeam) Franciscus pisleonum, Henricus uero Papiam custodiendi ducuntur. Cæterum pauló post Franciscus rex cum Lanoio effecit: ut in Hispaniam captiuus adduceretur, spe facilius cum Carolo Cæsare cō ponendi. Henricus autem turbatam ualde Galliam, rege capto, animo peruidens: agnoscens etiam literis nuncijsq; Galliæ ciuitates uarijs animorum motibus fluctuare: néq; esse quēquam (omnes enim fermè Galliæ primiores uel interierant, uel capti erant) qui huic suborienti malo aut damno occurreret. Ipse maximo amore Galliæ ductus, Cum aliquot Papiensibus agit, ut eorum opera cō sensuq; inscijs custodibus, clam noctuq; :liber fieret. Quamobrē nocte constituta dispositis rebus, ipse ex altißima arcis turre scalis (quas iam antea sibi intra arcem clam ex funibus confecerat) admotis, trans oppidi uallum sese demittit: non sine tamen maximo sui periculo, siquidem turris, ab extrema ualli ora, magno interuallo distabat. Itáq; scalæ eóusque distensæ erant, ut huc illucq; sæpius pondere impellerentur: & nutabundæ parum tutum regi descensum præstarent. Adeó ut rex cū sic in aere libraretur, sæpius deliberaret, num in altum remeare potius esset. Tandem dei opti. maxi. auxilio adiutus, extra urbis mœnia delabitur. quem tū Papienses, qui eum illic ut constitutum erat, cum dispositis equis operiebātur, læti accipiūt. Igitur statim conscenso equo: & illis ipsis comitatus maximis itineribus rex, per Heluetios in Galliā Lugdunum peruenit. ubi à Ludouica illustrißima Francisci regis matre, quæ illic tū regni negocia curabat, honorificentißimè ac maxima cum lætitia fuit exceptus. Interea uero Franciscus Rupefortensis

Henricus rex egregio facto in libertatem se uēdicat.

tensis

tensis (cognomento uiuerius) nobilißimus strenuißimusque uir: tum iuuenis admodum Henricique Regis Honorarius cliens: nunc autem eiusdem scutifer, quem in arce cum altero tantum dimiserat, in Regis cubiculum se locat: illius uicem (ut præceptum erat) pro tempore sustentaturus. Cæterum ubi illuxit, arcis præfectus cum custodibus (qui ducenti erant) eò ingressus est. Atqui dum thori cortinam (ut de more solebat) uisendi Regis causa tangeret: ab altero famulo, qui data opera Regis uestem excutiebat, suppliciter submissaque uoce rogatur: ne Regis somnum interpellet: quem uix tum, tota ferme nocte tædio aliquo euigilata, carpere inciperet. Itaque is minime dolum præsentiens facile credidit: & nudato uertice genuque, honorandi Regis causa, flexo, triclinio egreditur. Quod similiter alij custodes fecerunt. Eodem tempore illustrißima prudentißimaque princeps Margarita Francisci regis unica soror: iussu Ludouicæ matris, conciliandæ pacis ac liberandi Regis sui fratris gratia, ad Carolum Cæsarē cum decentißimo comitatu in Hispaniā cōcesßit. à quo fuit Perbenigne humanißimeq; excepta multiq; honores exhibiti. Verū post multa cū ad colloquiū uentū esset, ut Cæsari rēoēm, cuius causa uenerat, exponeret, in hunc modū uerba fecit.

Margaritæ in Hispaniam profectio.

Haud clā te est inuictißime cæsar, quā multis uarijsq; humana natura sit ob noxia casibus: adeò ut nemo homo, quātūuis maxīa fulgeat dignitate eiusmodi sese existimare debeat: Cui nō clades īfortunia, Calamitates, Vulnera, Mors, Seruitus, aliaque (id genus) infœlicia fata atque euentus accidere ualeant. Itaque sors, quæ in Bello maximè dominari solet, meum fratrem Franciscum Gallorum Regem tui iuris fecit: atque in tuam deduxit potestatem. Quod quidem (ut arbitror) ille tam æquo animo fert, quàm scit ab humana conditione se nihil alienum habere.

Margaritæ oratio

At si aliquando (ut humanitus accidere solet) animo turbetur, tũ eô presertim fit, quòd meminerit se iustißimis de causis ad bellum in Italiã processisse: non quidem ulla tui iniuria, aut ut tibi tuisue quoquomodo noceret, quin potius ut hostem Carolum Borboniũ qui ad Maßiliam cum copijs antea uenerat, suis finibus pelleret: ac mox in Italiam proficiscẽtem: Mediolanensemq; uastantẽ orã, quæ optimo iure ad se suamque uxorẽ Claudiam pertineret, inse queretur. eiusq; audaciam, uel potius temeritatem armis retũderet. Quod proculdubio tandem effecisset, ni tui milites, quos multos in Italia habebas, quibus etiam ille sese coniunxerat, eius ceptis plurimum obstitissent. Quæ cum ita sint clementißime Cæsar, haud addubitaui, quãquã fœmina, pro optimo benignißimoq; prin cipe: proq; charißimo fratre Francisco rege: te adire, tuamq; exorare maiestatem, ut illum carcere eximas: & in solitam reponas libertatem. quod si feceris, cum optimi humanißimiq; principis nomen acquires, tum etiam me, nostram matrem Ludouicam, omneq; gallicum nomen maximoperæ demerebis. Quod quidem à te ut nunc facile impetrem, non paruam fiduciam facit, tua humanitas. Clementiaque, quibus omnes mundi principes tãtum excellis: quantum sol reliqua astra supereminet. Pertinax itaq; fortuna Franciscũ regem tibi ideo mea sententia habendum tradidit: ut certè aliquãdo posses maximã charitatẽ, qua nihil præstãtius hominũq; saluti cõducibilius est, ĩ eo excercere. Quẽ si (ut spero) liberũ dimiseris: magis ac magis tui nominis fama per orbem crescet: & tua pietas, clementia, benignitas, humanitasq; æternum celebrabitur: & usque in cœlum dignis maximisque laudibus efferetur. Quod quidem si tibi sine certis legibus faciundum non uidetur: iam illas præstitue, nos que postea maximã dabimus operam: ne quid hac in re desiderari ualeat. Effice igitur iam cæsar

effice, & nos diuturna sollicitudine libera. Hac oratione cæsar uehementer permotus, iubet illam bono esse animo: multaq; de se sperare. Ac subinde certas adijcit conditiones: quas quidem illustrißima Margarita partim acceptauit, comprobauitq;, partim uero respuit. Etenim illa, qua cum Carolo borbonio matrimonio iũgi suadebatur: minime quidem placuit. Tum uero cum utrinque diu multũq; disceptatum esset: atque in uarias itum sententias: tãdem nobilißima Margarita sua maxima prudentia, sedulitate, eloquentiaque Caroli cæsaris animum ad se adeò traxit: ut ab eo, quod tantopere contenderat, obtineret. Quæ res mediusfidius maximis digna est laudibus: mirũq; uideri debet: fœminam cernere eiusmodi rei compotem, quam uix totius orbis principes, tã paruo momento impetrare potuissent. Præstantißima itaque fœmina multos sola præclaros præstãtißimosq; uiros superauit, cuius eximias laudes si nũc scribere pergeremus, duplo certe maius uolumẽ fieret: uixque nostra manus ingeniũq; sufficeret, quod si à nobis unq̃ tentandum est, quod id quidem aliquando deo iuuante fiet, tũ omnis nostra ingenij uis: omnique opera: cæteris omnino derelictis: in eam rem omnino incumbet, neq; alijs implicabitur negocijs. tantũq; abest ut & hoc & aliud simul explicare mens ulla ualeat, ut hoc deperse maxĩæ molis sit, intolerandiq; laboris. adeò q; ut facilius multo sit principium quàm exitum, tot certe laudes sese offerunt, inuenire: Impresentiarum tamen hoc audacter dicam: nullam fœminam unquam natam, cui maior inesset ingenij uis: nam si quis sapho, cassandram, carmentam, corneliam, semproniam, palladem, aliasq; doctißimas eloquentißimasque fœminas obijciat. Certe illæ ipsæ Margaritam Nauarræ reginam tanto loci interuallo ponè sequent̃, quãto ætatis curriculo precessere. Nulla est enim illarum cum excellẽti preciosaq; Margarita cõparatio.

O igit gallorũ sublime decus Margarita, omni gẽma lapilloq; præciosior? quã toties circũito orbe Gallia hactenus inuenire nõ potuit. At inuẽtã iã multũ (ut decet) obseruat, ueneraſ, colit, amatq;, atq; omni auro argẽtoq; anteponit. Sed enim quis eã nõ magnopere amaret, cui uirtutes omnes insitæ sint? In qua prudentia, fortitudo, temperantia, iustitia, fides, spes, charitasque ueluti domicilium sibi constituerunt? Cuius ori suadamedulla æloquij dea (quã alij pythonem appellant) dicendi modum: diuinũq; leporem instillauit. Cuius etiam manibus sanctissimum illud ueteris nouiq; testamenti uolumen, quod bibliam appellant, nunq̃ uel raro exit, semper diuinis (ut uere christianam decet) intenta libellis, nihil unquam nisi diuinũ cogitat, suadetq;. adeò ut ipse etiã meminerim, me aliquãdo, ab ea cũ Appamiam uenisset, humanißime submonitũ, iußũq; partẽ aliquã uel ueteris uel noui testamenti maxĩo affectu (orationis instar) quotidie legere, quò sanè ut ipsa aiebat, nosque etiã postea experti sumus, nostra mens à uitio auerteretur, & ad uirtutes facilius accederet: Proinde quid commemorem, quanta maturitate cõsilioque, quam pulchro ornatißimoque sermone, quãq; mira sententiarum grauitate, libros ad fidei cultum, morumq; obseruantiã ptinẽtes, ædiderit? O utinã alios haberemus quos ipsa in penetralibus domus clausos detinet, neq; ĩ uulgus exire ꝑmittit. Omitto sciẽs prudẽsq; plura alia quæ de eius laudibus pleno ore possem dicere, & in aliud tẽpus illa refero: ne eã modò parũ aut frigide laudasse uidear. Itaq;, ut ad rem redeam, superioribus rebus confectis illustrißimi principes Henricus Margaritaq;, dei optimi maximi numine ita fieri iubente de cõsensu Christianißimi potentissimiq; Gallorũ regis Francisci, & Ludouicæ eius matris cõnubio iũgũtur. ex quò multi sunt nati liberi, qui oẽs interiere, preter speciosißimam lõgẽq; decoram uirginẽ Carlotam, quæ ingenij dex-

Margarita Nauarræ regina libros cõposuit.

teritate, sermonis candore elegantiaq́;, morũq́; similitudine, ad matrem proxime accedit. Quã multi maximiq́; Principes, Duces, Reges, ipseq́; etiam Carolus imperator, cũ ob alia, tum in primis ob eximium eius decus excellentẽq́; formę pulchritudinem, coniugem expetũt. Deinde uero Henricus Nauarræ rex suam sororem Annam integerrimam prudẽtissimãq́; uirginem, Astaraci comiti Cãdalli filio, de consensu consilioq́; Margaritæ reginæ, despõdet. Verũ illa priusq̃ addomũ uiri traduceret, mortua est. Paulo etiã post idẽ rex Henricus Ysabellã alterã sororẽ elegantissima excellentissimaq́; forma uirginẽ Rohani domino, oĩm Britaniæ heroũ ditissimo potentissimoq́;, matrimonio locat: Plura de Hẽrico in præsens non sunt scribenda mihi, ne forte ipsum (quasi in os) laudare uidear, neue in adulatiõis crimen incidã, quod pleriq́; detractores etiã bonis interdũ obijcere solent: dũ ipsi nõ audent præclara excellentiũ uirorum facinora quodãmodo attingere. Quoniam autem ex his quæ diximus: satis constat. Fuxensem domum multa alia ad se traxisse dominia: & ex paruis initijs ad maxima peruenisse incrementa: regalem scilicet dignitatem: consequens est, ac ualde operæpretiũ Nauarræ reges ab initio uidelicet, usq́; ad hæc tempora quibus illustrissimus: Henricus regnat, deducere, & ueluti in arctum colligere.

Carlota Henrici et Margaritæ regum Nauarræ filia.

Anna Hẽrici soror.

Ysabella rohani cõiunx.

De Regni Nauarræ origine. & regibus qui in ea ad hæc usq́; tempora regnarunt.

PRimũ itaq́; sciẽdũ est, post ĩgẽtes diluuij aquas, tres noemi filios totũ sibi orbẽ diuisisse, europãq́; obtigisse Iapheto, q deĩde suo filio tubali partẽ illius, hispaniã scilicet, possidẽdã dedit. Is itaq́; loci amœnitate captus, ad monteis pyreneos primũ cõsedit & eã partẽ, quæ Nauarra nũc est, diutius tenuit. Deinde uero eòdẽ post multa secula hercules, ut iã ipso opis initio diximus, cum

multo comitatu uenit: & illam oram in græcorum potestatem redegit. quibus etiam post mille ducentos annos Scipio ille aphricanus dominatum eripuit: & Romanorum ditioni adiunxit, qui deinde post sexcētos annos Gothis longè crassantibus eam amiserunt. G[illegible]i autem Saracenis Arabibus ac Mauris à Iuliano, cuius uxorem Rodericus dux per uim cognouerat, eò intromißis itidem dominio exciderunt. Igitur Arabes Mauriq; eam diutius tenuerūt oram: multa damna & iniurias christianis inferentes. Donec circiter annum nostræ salutis noningentesimum sexagesimum primū, (alij huic numero centū undeuiginti annos superaddunt) Fortißimus uir Enequs, eo q̄ in bello asper esset arista cognominatus, ex Bigerronum gente, illuc cum copijs uenit: & illam impiam nephariamq; gentem fudit superauitq;. Quibus exactis Enequs, ob rem tam fœliciter gestam, à Nauarris in regium fastigium euehitur.

Enequs bigerro nauarræ primus rex.

Quod cum multos annos tenuisset. tandem moriens Garsiæ filio reliquit. Is uir admodum prudens strenuus & liberalis fuit, Qui cum bellum contra Saracenos gereret: ab eis quodam nauarræ uico interemptus est. ubi secum erat Viracha uxor, quàm ex regali ꝓgenie duxerat. At uero ea cum mortem mariti ultura, ī hostes grauida progrederetur, à milite ictum in utero pertulit, Quæ tandem morti proxima per uulnus puerum enixa est: qui muliebri cura seruatus custoditusq;, sācius garsiæ (cognomēto ab arca) uocatus est Qui deinde à nobili quodā enutritus patri succeßit, Et cōtra Saracenos multa grauiaq; bella geßit: ex cantabria eos omnino expellens. Subindeq; montem ancæ, tutellam, oscamq; suæ ditionis fecit. & in Pyreneis montibus multa castella, arces oppidaq;, ex arabum maurorūq; potestate ademit. Inq; Aragoniam transiens, multa oppida, castella, uicos poßeßionesq;, ab eisdem occupatas, sui iuris fecit, & intantum eos bello armisq; preßit: ut omnia circum lo-

Viracha garsiæ regis uxor.

ca, quibus ſedes ſibi conſtituerant, derelinquere: & fuga ſalutem querere cogerentur. Qui deinde mortuus eſt. poſtq̃ exactis hoſtibus cũ ſumma populi quiete & gloria annos quinq; & uiginti regnaſſet. Is autem uxorem habuit, Theodoram regali ſtirpe progenitam, ex qua filium ſuſcepit nomine Garſiam, cognomento tremulum eo forte ꝙ initio Belli manũ conſerturus ualde tremeret: & ſi poſtea conſtantiſsime pugnaret, uel ut alij uolunt temulentũ. Is itaq; mortuo patri ſucceſsit: & ex uxore filium genuit. Sancium cognomento maiorem, regnauitq; annis uigintiquinq;. Sancius uero maior eius filius deinde regnat, qui ex iuſto Eliuræ, Garſiæ comitis Gondiſalui atq; Caſtellæ regis filiæ, connubio Ferdinandũ Garſiamq; ſuſcepit: Ex pellice uero, quæ Ayuaronij Caſtri domina erat, Raymirim. Ferdinandus caſtellam ſibi uelut ex hæreditate materna uendicauit: legionemq; per uxorem Sanciam Alphonſi quinti legionis regis filiam quæ prius Garſiæ Caſtellæ regis filio nubſerat, obtinuit. Garſiæ paternũ Nauarræ regnũ ceſſit. Raymiris aũt Aragonia, ut moriẽs pater teſtamẽto cauerat, ob benemerita quæ in nouercã Eliuram, à Garſia filio iniuſte accuſatam, cõtulerat, potitus eſt, primuſque rex Aragonũ uoluit appellari. Igitur Ferdinãdus cum Garſiam fratrem morbo implicitum ſalutatũ ueniſſet, incidiſſetq; in ſuſpicionem non integrum ſibi fore reuerti, ſilentio diſceſsit. Eaq; erroris opinione cum Garſias, ut parem gratiam referret, ad egrotum ueniſſet: aliquãdiu cuſtoditus tandẽ dimittitur. Hinc orto bello Garſias ĩ acie ceſus regnũ Nauarræ Sãcio ſuperſtiti filio reliquit. Alij Ferdinandum fratrem ſucceſsiſſe aiunt. Deinde Petrus ſancij filius & Nauarræ & Aragoniæ regna mortuo patre Ferdinandoq; patruo obtinet. Petro ſucceſsit Aldefonſus frater, Aldefonſo Garſias, Garſiæ Sãcius, Sancius autem ingentis ſpiritus ac ſapientiæ uir, ex Sancia uxore nullos ſu

Raymiris nothus primus Aragonũ rex

scepit uirilis stirpis liberos, sed tres fœminas tantum, quarum una (cui Blāca nomen) post mortem patris regnum Nauarræ obtinuit: Reliquæ uero sine ꝓle decesserūt. Itaq; Blāca Theobaldo Cāpaniæ & Briæ Comiti nubsit. Ex quo masculū enixa est, cui, sicuti patri, Theobaldo nomē fuit. Hūc quidā superioris theobaldi fratrē falso fuisse aiunt, Nauarræ regum stirpis ignari. Qui exinde mortuis parentibus iure matris regnum Nauarræ: patris uero Campaniæ Briæq; comitatū et alia dominia sibi addixit, uxoremq; habuit Ysabellam diui Ludouici filiam, Is post adeptum regnum, nulla interiecta mora, collecto ex suis atq; francis non cōtennēdo excercitu, in asiam proficiscitur: animo quidem rebus christianis opem ferēdi, Cæterum lasciuientibus & prædæ intentis Gallis, neq; Theobaldo regi parētibus, res male processit. Huic sine liberis mortuo Henricus Campanus frater in Regnum successit, qui moriens unicam tantum filiam superstitem habuit nomine Ioannam, quæ mox mortuo patre ad Philippum Galliæ Regem diui Ludouici filium, ob molestias quæ à Nauarris illi ingerebantur, à matre deducta est. à quo in tutelam libenter recipitur. mittitq; is statim in Nauarram Stephanum belmarchium, qui fidelitatis iuramēta à proceribus regni, puellæ nomine, exigeret: Itaq; Philippus hanc Nauarri regni hæredem Philippo filio (cognomine pulchro) qui post patrem regnum tenuit, in matrimonium locat. quæ cum uiro & Galliæ & Nauarræ regina fuit: construxitq; Lutetiæ memorādū illud ac percelebre Collegiū, quod de regni Nauarri nomine, Collegium nauarrense appellauit. Ex eo matrimonio tres uirilis stirpis liberi, scilicet Ludouicus hutinus, Philippus longus, & Carolus pulcher, totidemq; fœminæ natæ sunt: Masculi mortuo utroq; parente, unus post aliū, & Galliæ & Nauarræ fuerunt reges. Primumq; Ludouicus hutinus: qui pompeiopolim cum Comite Bolo-

Blnaca regina Theobaldo cāpano nubsit.

Collegiū Nauarræ

nienſi

niensi, & Galterio castillionensi Franciæ conestabili, ueniens: Anno salutis millesimo trecentesimo septimo rex à Nauarris cõ muni assensu pompeiopoli coronatus & appellatus est. tametsi an tea quidam illius oræ nobilis Fortinus nomine, regnum utiq; si bi uẽdicans, parũ obstitisset. Ludouicus hutinus duas habuit uxo res, prior fuit Margarita Roberti Burgũdiæ ducis filia, ex qua filiam suscepit Ioannam nomine, quæ à patre Philippo Ebroicẽ si comiti nuptui tradita est, Margarita uero mortua, Clementia pannoniæ regis filia: Robertiq; Siciliensis neptis, ei nupsit: quæ mortuo marito grauida relicta, Ioannem peperit, paucorum die rum & Galliæ & Nauarræ regem. Quo mortuo regnat Phi lippus longus, post uero Carolus pulcher, qui cum sine liberis decessissent, ad Ioannam Ludouici hutini filiam, Philippi Ebroi censis comitis coniugem regnum Nauarræ transmiserũt. Quip pe ad id fœminæ etiam admittuntur. Galliæ autem regnum mini me illa habere potuit, lege saliqua multum aduersante. Ex ea autẽ & Philippo Ebroicensi nati sunt quatuor liberi, tres uirilis stir pis Carolus, Philippus, & alius (cuius nomen aliter non inueni) Longæ uillæ comes, atq; Blanca quæ Ioanni Gallorum regi nub sit. Carolus igitur primus ex liberis post mortem patris Nauar re regnum obtinuit. Isq; Mariam maiorem natu Ioãnis regis fi liam, suam ex sorore Blanca neptem, uxorem habuit. ex qua duos uirilis stirpis liberos suscepit. Carolum scilicet & Petrum. Caro lus Castellæ regis filiam uxorem habuit, ex qua quatuor filias, Mariam, Blancam, Ioannam, & Ysabellam, tantum suscepit. Ma, ria Ioanni Fuxi comiti nubsit: quæ nullos peperit liberos. Blanca Ioannem aragonium, eum qui post Alphonsi fratris mortẽ rex Aragonum fuit, sortita est uirum. Ioanna autem Iacobum Mar chiæ comitẽ, & ysabella Armeniacũ. At uero Carolo rege mor

tuo: & Maria Ioannis Fuxensis uxore, ad Blancam Nauarræ regnum peruenit: Quæ deinde ex Ioanne marito tres liberos suscepit, Carolum, Blancam, & Leonoram, Carolus supstite sibi utroq; parente sine liberis mortuus est, Blanca uero, quæ Hērico castellæ regi nubserat, ob sterilitatē: reclusiq; natura uteri uitium repudiat, Alij hoc uitiu n Henrico marito ascribunt: quem aiunt genitalibus fuisse debilem: neq; per naturam patrem fieri posse. utcūq; tamen sit constat eam ab illo diuertisse & apud Bearnum sine liberis deceßisse. Quāobrem Leonora, quæ Gastonem sextum decimum Fuxi comitem uirum habebat, post mortem Blancæ matris regnum Nauarræ obtinuit: Hæc ex marito Gastone quatuor liberos masculos & quinq; fœminas suscepit, de quibus nos iam antea diximus. Quorum primus Gasto uxorem habuit Magdalenam Caroli septimi Gallorum regis filiam: ex quo matrimonio duo sunt nati liberi, Franciscus phœbus: ac Catharina Gastoni minime regnum Nauarræ obuenit, eo quód uiuo utroq; parente, Gastone scilicet & Leonora. liburnæ lanceæ ictu interierit. Cæterum post illorum fata, Franciscus phœbus, uixdum xiiij. ānos natus, rex Nauarræ fuit: Cui intra annū sine liberis mortuo, catharina soror successit. catharinæ uero Hēricus filius quē nūc cū nobilißima thori cōsorte Margarita, christianißimi Gallo℞ regis Francisci sorore, fœlicißime regnatē cernimus.

De Hodeto Fuxensi, Lautreci Vicecomite.

Quēadmodū in bello, strenuißimo prudentißimoq; duci ultimi agminis cura demandari solet, quó tutius animosiusq; tota acies incedat: sic in hac nobilißima illustrißimaq; Fuxensiū heroum turba fortißimus belli dux Hodetus Fuxensis, cognomento Lautrecus, extremū tenebit locū ut certe omnibus palā fiat, huiusce domus stēmata, fortunas, uiresq; indies crescere: &

non solū primos medіosq́;,eiusmodi generis uiros:sed etiam postremos:excellentissimos magnanimosq́; fuisse. Itaque Hodetus patrem habuit Ioannē, auū uero Petrum Fuxensem. Ioannis quintidecimi comitis filium, Fratres uero habuit, Andreā Sparrosiū Villemuri uicecomitem, Thomāq́; lescunium quorum etiam pauló ante meminimus: Filios autem plures suscepit, quorum unus tantum superstes est, cui Henrico nomē, ingentis spiritus ac spectatæ indolis adolescens. interq́; Gallos principes clarissimus: hilari uultu, oreq́; admodum uenusto, quem rex imprimis charum habet cui etiā regis liberi multa ac maxima concedunt: eiusq́; honestissima consuetudine quotidie fruuntur, qui patris decus ac in re militari strenuitatem, præ se fert. Hodetus igitur ab adolescentia plurimum bello assueuit, diuturnoq́; armorum usu rei militaris adeó peritus euasit: ut summā totius belli ab inuictissimo Francisco rege pluries habere meruerit. Etenim admodum iuuenis bello ad Brixiam, Cremonam, Bergomum, Bononiā, Gesto cum Gastone Fuxensi suo consanguineo tum excercitus duce, Petro baiardo, atq́; alijs fortissimis uiris interfuit. Hunc etiam cruentissimo Rauennæ bello Hispani Italiquæ accerrime pugnantem uiderunt: atq́; eius arma sentierunt. Proinde quā sæpius Gastonem belli fulmē in hostium turmas irruentē pari furore sequutus est? Quo etiam animo illius mortem per cædes & uulnera uindicauit? Præter hæc quum annus quintusdecimus supra sesquimillesimū ageret, Hodetus regē Frācíscum in Italiam proficiscentem comitatus est. A quo tū ob prudētiam, quæ maxima in eo erat, legatus ad heluetios, q ꝓ Maximiliano stipēdia merebāt: & pacē à rege priores petierāt: cū notho sabaudiēsi mittit: ut fœdus cū eis componat, qui adeó bene fideliterq́; legationis munus obiuit, ut omnia ex animo perficeret. Cæterum cum ad eos Mediolanum

Henricus Lautrecus

rediret, & pactam deferret pecuniam: intellexit eosdem à Cardinale syonio dissuasos, á fide desciuiße. & in regem recta procedere. Quod quidem regi statim nunciat: & correptis armis se ꝓpere ad bellum accingit. Cũq; iunctæ acies essent, ipse primus in hostes cõcurrit, & maxĩa ædita illorũ strage fidẽ minime seruatũ ulciscitur. fit pugna atrox. Rex animosus stricto gladio oĩa circum loca adequitat, suo hortatu præsentiaque militibus plurimum animi ac uirium addens. Tum etiam Armeniaci Senescallus bellicis tormentis præfectus adeo bonam nauauit operã: ut post longam pugnandi moram uictoria Gallis cesserit. Postea uero cum annus. XXVII. supra sesquimillesimum ageretur, idem Hodetus Fuxensis iussu Francisci regis: in Italiam cum Gallico exercitu proficiscitur: ut Romanũ pontificem, quem sæua Germanorum gens hispaniq; post Romæ ingressum, impie inhumaneq; habebant, in pristinam reduceret libertatem. At uero inter eundum Boschũ Alexãdrini agri oppidum, quassatis mœnijs, ui cæpit. Moxq; Cæsare fulgoso præmisso Genuam uenit, & arcem illius obsidet, qua tandem in deditionem recepta: impositoq; urbi præsidio ac reliqua ligustica ora suæ ditionis facta: Alexandriã circunsidet. Quæ tametsi ab Alberico barbiano, qui illuc cũ quingentis militibus ingressus fuerat, atq; baptista lodronio Germano urbis præfecto fortiter defenderetur. Tamen certis cõditionibus in deditionẽ uenit. Qua potitus Hodetus Fuxensis in Mediolanensem agrũ statim mouet aĩo qdẽ urbẽ, cui Anthonius Leua præsidio inerat, obsidendi: Cæterum conspecta papia memor acceptæ in ea superioribus annis cladis, illatæq; regi Francisco iniuriæ, quia etiam tum facilius capi posse uidebatur, in eam exercitum uertit. obtestans se nunq̃ illinc abiturum donec eam funditus euertisset: atq; regis iniuriam esset ultus. Quamobrem co-

Heluetij ad meliгnanũ à Francisco rege superati.

Armeniaci senescallus.

Boschum.

Genua.

Alexandria.

pijs ad muros illius admotis: urbem acriter oppugnat, bellicisq; tormentis, quæ multa illuc delata erant, maximam mœnium partem diruit. Interea uero dum Papienses ingenti metu perculsi: ueriti etiam id quod postea accidit, ne per uim capti crudelius haberentur, tubicinem ad Hodetum, deditionis gratia, misissent Galli milites, qua parte murorum ruinæ aditum faciebant, maximo impetu in urbem feruntur. Cuius præfectus barbianus, ultro sese dedens, capitur. Papienses uero ciues paßim occiduntur: quidam ter quaterq; captiui fiunt: & se totidem redimere coguntur.

Papia à Lautreco capitur

Vascones (gẽs pugnacißima) regis iniuriam supra alios ulcisci cupientes: nullum occidendis ciuibus, incendẽdis ædificijs modum facere. Omnia etiam luctu, mœrore, igne, sangnineq; replere. Tantisper dum Lautrecus, post octauum diem, satis superq; in meritam urbem sæuitum esse prospiciens, finem militum furori imposuit.

Vascones bellicosissimi.

Deleta papia, Hodetus Mediolanum petere: atq; insubres agros uastare animo cogitabat, cum ab Innocentio Cardinali sũmi pontificis legato, Romam proficisci in ecclesiæ auxiliũ rogatur, cumq; etiam à uallimõtensi comite ex illustri lotharingiæ familia orto, à Francisco rege illuc mißo ꝓposito auertiť: et romã primũ deinde neapolim properare suadetur. Itaq; Lautrecus uersus romã primũ cũ Gallico excercitu cõtẽdit & romanũ pontificem in pristinam reducit libertatem. Indeq; neapolim maximis itineribus petebat, Quũ Alphonsus daualus Vasti marchio princepsq; Auraicensis audita illius profectione cum quindecim mille cæsarianis iter impedire conãtur: Gallos sæpius Leuibus prælijs laceßẽtes, cæteꝝ dũ se frustra age e cernũt, magnis itineribus neapolim cõtendunt, atq; urbis sese immittunt præsidio. Quod Lautrecus sentiens, haud cunctandum ratus, eò cũ copijs aduentat: & urbem corona militum cingit, ac maximis uiri

bus oppugnat, post lõgam tamen obsidionem teterrima lues adeò Gallicum excercitum inuaserat, ut milites ferè omnes langore perirent: & multa eorum funera ob oculos quotidie cernerẽtur. Interea generosissimus adolescens Franciscus Nauarræ princeps, Henrici regis frater, multis nobilioribus comitatus eò aduentat animo quidem armis iam à teneris annis assuescendi, artemq; discendi militarem sub tanto duce Lautreco, ut tandem suos maiores imitatus, maximis belli laboribus par esse posset. Cuius aduẽtu mæstus Hodetus, quãq̃ eum maximo cum honore excepisset, id quod futurum erat præuidẽs, subortis lachrymis. Quid tibi (inquit) charissime consanguinee huc uentio est? Quæ res te mouit ut hanc ausoniam oram, Gallis oppidoq̃ noxiam infestamq;, inuiseres? Nũ satis superq; erat, nunc me ex Fuxensi familia ortũ improbis inequitalibusq; fatis obiectũ esse? Nũ etiam oportuit te, unicam Galliæ spem, iisdem periculis obijci? O utinam nobiscum non adesses nobilissime Francisce, sed te (ut uideo) paria nũc fata manent: & tibi nobisq; hoc cõmuni totius excercitus morbo occumbendum est. O quantum italia tunc (ut uidere uideor) exultabit .cum suis cernet oculis, nos de medio sublatos, quorum alterius præsentibus armis terreatur: alterius uero futurum longè metuat imperium. Atqui non adeò animo deijci oportet: quin nos maximo etiã in periculo seruari posse speremus præsertim ut christianissimo regi Frãcisco, & toti Galliæ subsidio esse possimus .Verum quicquid sors feret: æquo animo patiẽdum est: & nobis etiam pro rege, pro rebus ipsius recuperandis, proque tota Gallia in bello occũbere. dulce gloriosumq; futurum est. Ad quæ pauca respondens Frãciscus (inquit) se his minime aut parum terreri, que in bello accidere solerẽt Quin se mirũ immodum excitari suorũ maiorum præclaris monumentis, quæ summo laudum

Lantreci querimoniæ de aduentu frãcisci in italiam.

præconio memorentur: æternũq́; sint habitura nomen, seq́; ꝑ Gallico nomine & mortem & alia pericula obire paratum esse. Deinde uero interiectis aliquot diebus cum totus ferme Gallorum exercitus peste febribusq́; correptus esset, & maxima inedia lãgoreq́; conficeretur. Hoditus Fuxensis id idem morbi contrahens: simul cum Valmontensi comite interijt. Quod animaduertens Franciscus cum quatuor milibus hominum, qui infirmi etiam ex tanto Gallorum exercitu superfuerant capuam proficiscitur. Alij ad auersam urbem haud procul à Neapoli, contendunt, qui omnes ab Andrea doria, qui paulò ante à rege ad Imperatorem defecerat, superãtur. Et Franciscus tum febre oppressus, in maximã Gallicæ reipublicæ iacturam interijt. Plures sunt alij Fuxensis familiæ heroes, & re & nomine maximi, quorum hic eximia facinora scribere supersedimus: ne inimmẽsum cresceret opus: & ut aliquando finem Fuxensi historiæ imponeremus.

Lautreci mors.

Francisci Nauarræ principis mors.

LAVS DEO.

Fletcher

